

**05**

**A**

**1059**









1247

3

# DE PROPHETIIS

PRÆSIDE

PL. REVER. AMPLISSIMOQ; VIRO

DN. WILHELMO LYSERO

S. S. TH. D. ET PROF. PUBL.

EXCELLENTISSIMO, ELECT. ALUMN.

INSPECT. PATRONO OPTIME

MERITO,

IN ACAD. WITTEB. PUBLICE DISPUTABIT

M. JOHANNES MEISNERUS TORG.

COLLEG. PHILOSOPH. ADJUNCTUS.

*Die 24. Octobr. cl. 1o C. XLIV. In Auditorio Theologorum.*

---

WITTEBERGÆ

Typis & Impensis MICHAELIS WENDT

ANNO MDCL.





28



05 A 1059







*um propositum nobis sit, iuvante Deo, doctrinam de Prophetiis, controversiasq; circa easdem exortas, paullo uberius pertractare, in quatuor Sectiones totam hanc tractationem dispescimus. In quarum Primâ Originem novorum Propbetarum, & quàm gravis eorum lapsus sit, ostendemus. In alterâ ipsam Prophetie naturam ac essentiam, & quibus modis ea fieri consueverit explicabimus. In duabus posterioribus de Materia seu Objecto dicendum nobis erit: In tertiâ quidem de Prophetiis circa fidei articulos, In quartâ & ultimâ de Revelationibus circa externa Ecclesie ac Politie accidentia agemus.*

SECTIO I.  
DE ORIGINE NOVORUM PROPHETARUM.

**T**anta ingenii humani cæcitasq; & ignorantia hodie est, ut quæ Dei essentia ac voluntas sit, suo pte Marte ac industriâ, quantumcunque etiã eã in re adhibuerit, investigare non possit. Et si enim Adamus jamtum in ipsâ creatione longè maximâ scientiã præditus de Angelis, hominibus, plantis, aliisq; rebus, quæ ad vitam hanc instituendam probè ac gubernandã erant necessariæ, ipsiusq; adeò Dei cognitione multò perfectiore, quàm ullus alius instructus, ut rectè disputant Scholastici in II. sent. dist. xxiii. & Thom. in prima, q. xciv. artic. III. ad 3. ipsa illa tamen naturalis & conata Dei cognitio per lapsum maximam partem ita est amissa, ut vix umbra aliqua de verâ Dei cognitione hodie supersit. Quare ex arcanâ majestatis suæ sede prodiens æternum ac immortale Numen, jam inde à principio & ipsis universitatis hujus primordiis apertè & perspicuè, non semel aut rarò, sed sæpiùs & iteratis vicib9

A 2

homini.



hominibus se manifestavit. Et primò quidem ante lapsum peculia-  
re de nõ comedendo fructu arboris scientiæ boni & mali præceptũ  
dedit Genes. 1. 1. 17. Post lapsum verò expostulat de transgressione  
mandati, & novum de semine mulieris, quod serpentis caput con-  
triturum erat, Evangelium promittit Genes. 3. 8. 9. 10. seqq.

II. Post illa sæpius Deus primò Patriarchas, post Prophetas &  
Apostolos immediatè allocutus est, non rarò etiam signis quibus-  
dam præsentiam suam testatus, quid fieri veller, exposuit Exod. 11.  
5. c. x. 11. 2. 1. atque alibi. Imò tam copiosa revelatiõ tũm temporis  
exitit, ut non tantũ sacerdotes, sed ipsi etiam Reges regumque  
ministri consulere Dominum de futuris rebus, quoties liberet, pos-  
sent, ut ex historiã Mosis, Samuelis, Davidis, Salomonis & Danie-  
lis constat, quorum plerique etiam idem illud verbum postea lite-  
ris consignarunt. Nec prorsus desit illa revelatiõ prius, quàm ipse  
Dei unigenitus Filius, qui à prioribus prædictus & singulis fermè  
concionibus diligenter inculcatus fuerat, ipsam Dei voluntatem  
ex sinu patris plenissimè nobis revelavit, Apostolosq; eximii Spiritus  
S. donis die Pentecostes ornatos, non in unam tantũ provin-  
ciam & gentem unam, sicut olim factum erat, sed in totum terrarũ  
orbem ad disseminandam Evangelicam doctrinam dimisit. Quod  
Apostolus Hebr. 1. 1, 2. disertè testatur: *Multis vicibus multisq; modis  
olim Deus locutus patribus in Prophetis, ultimis diebus hisce nobis locutus  
est in Filio. Quem constituit heredem omnium, per quem etiam mundum  
condidit.*

III. Hoc ipsum autem verbum, tũm quod Prophetis & Apo-  
stolis peculiariter olim revelatum à Deo est, ac ejus jussu postea in  
litteras redactum, tũm omnia, quæ in eo continètur, non aliter no-  
bis hodie, quàm legendo ac audiendo, innotescunt, nec præter id  
novæ aliæ & peculiare revelationes expectandæ, quales Prophetæ  
& Apostoli habuerunt, verũ unicè ex verbo illo Prophetico &  
Apostolico nos erudiri & mentem ac voluntatem Dei, universam  
denique doctrinam, quæ ad æternam salutem consequendam ho-  
mini necessaria est, cognoscere decet. Unde Christus scrutari ju-  
bet Scripturas, & attendere iis, quæ Prophetæ prædixerant Joh. v.  
39. ipsumq; epulonem ad Mosen & Prophetas ablegabat, ut ut ille  
novas.



novas alias revelationes fratribus impertiendas censeret Luc. xv. 7. 29. non secus, ac qui olim Pythones consulebant ad *Legem & testimonium* Esa. viii. 20. Apostoli ipsi *nihil quicquam dicebant extra ea quæ Moses & Propheta eventura prædixerant* Act. xxvi. 22. reliquisque & successoribus suis, & cunctis fidelibus idem verbum, tanquam normam aliquam docendi partim, partim etiam si quid doceretur, diducendi diligenter commendabant II. Tim. iii. 15. Imo Petrus Apostolus postquam vocem patris cœlestis, quam de Filio in monte audiverat, recitasset, subiungit nihilominus: *Habemus firmiorem sermonem propheticum, cui rectè facitis, attendentes, tanquam lucernæ splendenti in caliginoso loco, usque dum dies illuceat, & lucifer exoriatur in cordibus vestris* II. Pet. i. 19. Quem locum efficacissimum ad novas revelationes confutandas Guil. Estius in III. sent. dist. iii. §. 5. iudicabat. *Si enim Petrus Apostolus, inquit, revelationem sibi factam ita allegabat, ut tamen remitteret fideles ad sermonem propheticum, tanquam firmiorem, quæ tunc magis ab obscuris & suspectis revelationibus ad auctoritatem Scripturæ, & normam antiquæ traditionis remitti nos convenit?* Idè laudantur Berrhoenses, qui consulebant scripturas, ut cognoscerent, num ita esset, quod dicebant Act. xvii. 11. Quod exemplum postea secutus Constantinus Magnus Imperator in Concilio Niceno, positus in medio libris sacris, Episcopos & Ecclesiam universam Nicææ congregatam hortabatur, ut ex libris Evangelicis & Apostolicis quæstiones controversas deciderent. *Libri Evangelici & Apostolici, inquit, quin etiam veterum Prophetarum oracula perspicue nos, quæ de Numine sentire oporteat, instruunt, proinde hostili posita discordiâ sumamus ex divinitus inspiratis sermonibus solutionem quæstionum, apud Theodoretum lib. i. cap. vii. & Hist. Tripart. lib. ii. c. vi. Nemo enim tum temporis dubitabat, quin scripturæ Sacræ verissima regula sint in dogmatibus, ut Origines Tract. xxvii. in Matthi. vocat, ut S. Chrysost. exquisita omnium rerum veritas & regula, & ut S. Augustinus, divina statera, ad quam, mysteria & dogmata fidei universa sedulo semper expendenda.*

iv. Quæ omnia etsi Apostoli tam aperte & tam disertis verbis professi sint, adiderint etiam, se non solum omnia, quæ ad salutem necessaria sunt, hominibus annuncioisse, verum etiam id non ex



suapte ingenio aut proprio ausu, sed divinâ revelatione fecisse, *Non subterfugi quo minus annunciarem vobis omne Dei consilium* Act. xx. 27. Paulus ait. Et si quoque idem bis anathema dicat, non tantum si quis alius, etiam Angelus, sed si ipse etiam Evangelizare quid velit, præterquam quod semel Evangelizasset Gal. 1. 8. Jam olim tamen vix uno & altero post excessum Apostolorum seculo obtinuit, ut multi non amplius ex Prophetarum & Apostolorum scriptis, sed ex propriâ cuique peculiariter factâ revelatione credendorum pariter & faciendorum cognitionem petendam censerent. Equidem viventibus adhuc Apostolis jam tum Cerinthus, teste Eusebio lib. III. Histor. cap. xxv. Marcus Magus apud Iren. lib. I. cap. v. III. & xx. & paullo post Valentiniani, Circumcelliones, Donatista, Muhamedes, alijq; suas passim jactitabant prophetias, præter ceteros tamen Montanus ac Enthusiasta, & ipsius Montani Prophetissa, Prisca & Maximilla, hanc doctrinam amplexi pertinaciter sunt, & propriam sibi quasi fecerunt. Ex quibus ille Commodi Imperatoris tempore circa annum Domini cxxxI. primum emerfit in ignobili quodam Phrygiæ vico, unde & sectæ Cataphrygarum nomen ortum est.

v. Originem ejus ex Apollinario, non illo hæretico quidem Laodicensi, qui animam humanam à Christo vel planè non assumptam dixit, vel talem tamen, quæ mentem non haberet, ut est apud Ruffin. lib. II. Hist. cap. xx. Socrat. l. II. cap. xxxvi. Theodori. l. v. cap. III. Sozom. lib. VI. cap. xxv. Tripart. lib. v. cap. XLIV. Niceph. lib. XI. cap. XII. sed Hierapolitano in Asiâ Episcopo, viro laude digno & qui præter rerum divinarum cognitionem externâ quoq; disciplinâ præditus, ut de eo Theodoretus lib. III. Hæretic. fabular. scribit, huc apponemus. *Exordium illorum (Cataphrygarum) & recens sectæ hujus hæresis in hujusmodi adversus Ecclesiam causam habuit. Vicus quidam in Mysia Phrygiæ esse fertur, nomine Ardaban, in quo primum Montanum quendam qui nuper ad fidem venerat sub Grato Proconsule Asiæ immodicâ primatus cupiditate captum, aditum ad se adversario præbuisse, lymphatumq; factum ac subitò in mentis obsessione & ab alienationem constitutum insanivisse, ac insolita contra traditionem & consuetudinem antiquæ successionis sub specie prophetia loqui cepisse ferunt. Qui verò per id temporis illegitimarum*



marum prædicationum auditores erant, alii tanquam energumenum & demoniacum & Spiritu seductionis occupatum corripiebant & increpabant, ac loqui prohibebant, memores dominicæ denunciationis & comminationis ad hoc factæ, ut pseudoprophetarum adventus vigilanter caveatur: alii verò super illo, velut Sancto Spiritu & Prophetico charismate prædico insolecebant, & haud modicè gloriabantur, ac Dominicæ denunciationis obliti, dementem assentatorem spiritum vocabant, à quo illicebantur ac seducebantur, ne amplius silendo prædiceretur. Arte verò quadam Diabolus, imò huiusmodi versutia methodo, & immorigerorum perditionem machinatus, & præter dignitatem ab illis honoratus, mentem eorum à verè à fide obsoporatam excitavit & accendit, ita ut & duas quasdam mulierculas excitavit, & adulterino spiritu repleverit, usque aded ut & ipse perinde ag, ille insana, importuna & aliena loquerentur, & gaudentes ac glorianes super se spiritus ille beatos pronunciaret, & magnitudine promissionum inflammaret. Hæc ille, primo Commentariorū, quos contra Phrygarum hæresin conscripsit, apud Euseb. lib. v. Hist. Eccles. cap. xiv. Quod autem de duabus mulierculis addit, Priscam & Maximillam intelligit, quas postquam Montanus matrimonio sibi junxisset, tanquam ex ipsius paracleti inspiratione editas passim jactabat, & tum ipsas prophetissas suas, tum earum scripta propheticos libros asserbat, ut Niceph. lib. iv. Historiæ suæ Ecclesiasticæ cap. xx. testatur. Discipuli ejus Spiritus S. adventum à Domino promissum in Montano potius, quàm in Apostolis fuisse blasphemarunt, ut auctor est Augustinus de hæ. ad Quodvultedum Hæ. xxvi. imò paracletum in Montano non tantum plura, sed majora & meliora dixisse, quàm Christum in Evangelio, ut docet Theodoric. lib. III. Hæretic. fabularum.

VI. Idem Tertullian. lib. de Præscript. adv. hæret. cap. ult. testatur; qui ipse tamen Sanctus Pater, atque Ecclesiæ Africanæ Presbyter, cum initio iidem acriter se opposuisset, atq; librum de Præscriptionibus adversus hæreticos contra eos circa annum cxcvii. conscripsisset, tamque accuratè confutasset, ut etiàm Cyprianus, ipse quoq; vir doctissimus, magistrum identidem appellaret, postea tamen suo quodam consilio ductus non tantum ad deliria Montani descivit, sed libros etiam aliquot contra Ecclesiā composuit.

Invi-



*Invidia enim ac contumeliis clericorum Romana Ecclesia ad Montani dogma delapsus in multis libris prophetia meminit, specialiter autem adversus Ecclesiam texuit volumina de Pudicitia, de Persecutione, de Jejunis, de Mongamã, de Extasi libros sex & septimum, quem adversus Apollonium conscripsit, ait Hieron. Catal. Illustr. Scriptorum. Easdem etiam querelas de Tertulliano Vincentius Lerinensis communit. c. xxiv. longius adhuc persequitur: Tertullianus, inquit, Catholici dogmatis, id est, universalis ac vetustæ fidei pariter tenax ac discretior vultu quam fidelior, mutatâ deinceps sententiã fecit ad extremum, quod de eo B. Confessor Hilarius quodam loco scribit, sequenti, inquit, errore detraxit scriptis probabilibus auctoritatem, & fuit ipse quoque in Ecclesia magna cœnatio. Tantã autem insaniam erat, ut Montanum ipsi Spiritui S. comparare, aliquando etiam eundem ipsum Spiritum S. dicere non dubitaret, idq; contra mentis suæ sententiã, ut Erasmus in vita Originis de eo judicat: Neque enim, inquit Erasmus, mihi persuaderi potest, hominem tam acris iudicii, sic in divinis literis exercitatum credidisse, Montanum fuisse Spiritum S. quem Christus promissit Apostolis. Quæ causã etiam est, quod plerique alii Ecclesiæ Doctores eum non fuisse hominem Ecclesiæ dicant, Hilar. Can. v. in Matth. Hieron. adv. Helvid. & Ruffin. Item in Catal. Ecclesiast. Script. Gelasius quoque in c. Sancta Romana dist. xv. omnia ejus opuscula inter Apocrypha recenset. Hanc hæresin tamen jam ipsis Augustini temporibus planè extinctam ipse lib. de hæresib. ad Quodvultdeum hæc LXXXVI. affirmat.*

*vii. Enthusiastæ verò seu Sacrificatores, & afflati cœlesti quodam numine, dicti etiam Ευχρηται orantes, quod precibus diu noctuq; vacantes, reliqua media omnia rejicerent, soli; Deo, uti agebant, sese permitterent, paullo serius, circa annum Domini ccclxxx. tempore Valentis Imperatoris à Messalianis orti sunt. Nomen ipsum Masalianorum, ait Constantinus Harmenopulus Catal. hæretic. hæc xviii. græcam in linguam traductum, Euchitas sive precum studiosos significat. Nam precatio magno est apud ipsos in pretio, quam & in vulgus efferi vetant. Ex re quoque vocantur Enthusiastæ. Nam demonis vi correpti, eam Sancti Spiritus esse opinantur. Quos enim morbus iste prorsus invasit, omnem humanum laborem ceu mæ-*

*lum*



*lam averfantur: & somno plerumque dediti, species illas infomniorum vocant Enthufiasmum.* Prolixius paulò eorum ortus ac progressus Tripartita Historia lib. viii. cap. xi. describitur, ex Historia Eccles. Theodoretì lib. iv. cap. xi. nec præter rem erit, si exinde pauca hæc referamus. *Eà tempestate, quâ Syrus quidam & genere & linguâ, Audeus nomine, fuit dogmatum novorum reperter, Messalianorum, quos & Χητες, id est orantes, appellant, hæresis est exorta. Vocantur alia appellatione Sabomasæ, id est, sacrificatores, afflati seu divini. Hi enim cujusdam demonis operationem expectant, & hanc Sancti Spiritus præsentiam arbitrantur. Qui verò integro hujus rei languore participantur, averfantur operationem manuum velut malam, somnoq; semetipsos tradunt, & somniorum suorum phantasias, prophetias appellant. Hujus hæreseos fuerunt principes Dadoes & Sabbas, & Adelpheus, Hermas & Simeones, & alii. Et paulò post: Insuper unumquemque nascentium à progenitore suo sicuti naturam, sic etiam demonum trahere famulatum. Et his expulsis per illam orationem studiosam, Sanctum Spiritum advinire, & sensibilibus ac visibilibus suam designare præsentiam, atque corpus passionibus motus cujuslibet eripere, & animam à mala voluntate penitus liberare, ita ut nequaquam dormiens egeat neque jejuniomacerante corpus, neque doctrina refrenante, & progredi ordinariè edocente. Non solum autem qui hoc impetraverit, corporis, inquit, perpersionibus liberatur, sed aperte etiam futurum prævidet, & Sanctam Trinitatem oculis cernit.*

viii. Atque hæc veterum illorum pseudoprophetarum vera & genuina historia est, inde usq; à principio ad seculum v. deducta, cui hoc unicum addendum, plerosque eorum miserrimo mortis genere suomet judicio damnatos periisse, uti idem Hierapolitanus Episcopus in secundo Comment. adv. Phrygas attestatur: *Ajunt plurimi, inquit, istos utrosque (Montanum & Maximillam) ab insano spiritu motos seipsos, non quidem simul, sed quemque suæ mortis tempore, laqueo suspendisse, atque ita in morem Judæ proditoris vitam terminasse. Quemadmodum & egregium illum velut primum prophetia illorum procuratorem Theodotum multus rumor tradit, ita aliquando factum amentem, ut seipsum erroris spiritu persuaserit in caelos exaltari & assumi, atque ita in auras jactatum pessimè interuisse, apud Euseb. loc. cit.*

B

Quan-



Quantumvis autem ille rumorem tantum ea de re ad se perlatum, nec quicquam certi ac indubitato verum cognovisse fateatur, ita tamen id asserit, ut dignum vita & doctrina sua exitum, ut alter Judas Proditor, eum reperiisse dicat. Utinam autem ipsa eorum hæresis quoque intercepta simul ac profunda oblivione sepulta jaceret! utinam cum auctoribus suis ad orbem, unde caput extulerat, rediisset! utinam non ex iis etiam, qui alias in orthodoxorum numero haberi volunt, magno conatu nonnulli idem nuper agere instituissent!

ix. Verumenimvero etsi ita tum hæresiarchæ illi extincti sint, hæresis tamen ipsa adhuc durat, imò auctior etiam prodiit, à malè conciliatis tenebrionibus non leviter interpolata. Nam & Avorum memoriâ in Silesiâ Caspar Schwengfeldius, Theophrastus Paracelsus in Helvetiâ, Libertini auctore Coppino & Quintino in Picardiâ, Anabaptistæ in Belgio, David Georgius, cujus extat Historia à Nicolao Blesdikio, genero ipsius Georgii, conscripta, sed demum anno superiori M DC XLII. à Jacobo Revio Daventriæ edita. Hoffmannici item, Battenburgici, Mennonitæ, Ubbitæ in Hollandia, Brabantia, Flandria, Anglia, Gælia, & in Thuringiâ Münzerus, & nuper Valentinus Weigelius in Misnia, & fortè alii, certè Paullus Nagelius Lipsensis, & reliqua fanaticorum turba, non ex verbo Dei & Scriptura Sacra, sed ex congenitâ & cœlesti luce, aut saltem peculiari recens sibi factâ revelatione, Dei omniumque credendorum notitiam hauriendam contendebant. Contra ea verbum Dei esse ipsum Filium Dei; ex eo verò, quod nos ita dicimus, non posse aliam nisi ethnicam seu philosophicam fidem, & ipsius rationis haberi, quemadmodum id ex Schwengfeldii brevi Apologia adversus articulos falso sibi, ut ait, impositos, Nagelii diversis plurium annorum prognosticis, libro de septem stellis, Clavi, Philosophia nova, Astronomia fundamentali, Complemento Astrologiæ, Prodromo Astronomiæ Apocalypticæ, Fundamento Astronomiæ Nagelianæ, libro mysteriis avium cœlestium, quem ex peculiari Spiritus revelatione se conscripsisse ait, aliisque tum ipsius, tum discipulorum ejus scriptis liquet.

x. Teretissima eorum hæc sunt. *Nos Dei de cælo sententiam expectabimus,*



Et abimus, ac tum istos, pro sua non pro Scripturarum sententia dimittentes, tum ipsas etiam Scripturas facessere jubebimus. Non oportet legis aut Scripturae esse peritum, sed a Deo doctum, vanus est labor, qui Scripturae impenditur. Scriptura enim creatura est & eorum quoddam elementum, non convenit Christiano creaturae nimium addictum esse, quae Schwengfeldii delira dogmata ex Hosio recenset Bellarm. praefat. T. II. Controvers. Hujus generis sunt & ista: *Aeternum unumque verbum Dei Jesum Christum esse, de quo verbum externum duntaxat testetur, moneat, excitet*, Schwengf. Tom. centum Epistolar. epist. xc. Ita Libertini censebant, *Scripturam esse literam mortuam, vocem humanam & nudum sonum, ridendum esse, si quis Scripturas allegaret, quae merae fabulae sint*, apud Calvin. Instruct. adv. Libert. cap. ix. Der Buchstabe ist ein todt Ding/ machet nicht lebendig/ lesset todt bleiben/ ait Weigel. part. II. Postill. p. 215. Wer wolte nun sagen/ daß das Ambr des Buchstabens fruchtbar sey/ oder den Heiligen Geist wircke/ als allein die buchstäbischen Theologen/ die den Geist dämpffen/ behelfen sich mit den todten Buchstaben? idem part. III. p. 84. Die Pseudo-Theologi verneinen/ das Reich Gottes komme von aussen hienein/ der Same werde von aussen hienein geprediget durch das verbum vocale. sie verleugnen das innere Wort / wollen allein begnügt seyn an den eusern predigen/sagen/fides ex auditu, der Glaube mag nicht sein ohne das eufere Gehör/ aber wir solten aus den infantibus verstehen/ wer sie gläubig machte part. I. p. 159. O möchte ich ein Kloß seyn/ oder so viel wircken als ein Kloß nur eine halbe Stunde/ ich würde ein Prophet vnd Apostel part. I. p. 229. Bitten heist im Geist vnd in der Wahrheit auff Gott warten/ vom Vater hören/ vom Heiligen Geist lernen/ wie die übernatürliche Erkänntniß erfodert. Kan mans nicht lernen auß natürlichen kräften/ auch nicht auß den Buchstaben der Schrifften/ wolan so muß man zu rück einkehren / vnd den vhrsprung suchen / darauff die Schrift geflossen ist/ nemlich vom Geist müssen wir es hören vnd lernen in einem stillen Sabbath p. 74. Formā doctrinae, quam Carolstadius, & Münzerus prodigiosis planè vocabulis constituerunt, recenset Lutherus lib. de Imag. & Sacram. Anno MDXXV. contra Coelestes Prophetas conscripto, Tom. II. Germ. Witt. & III. Jenens. & ex



eo D. Chemnit. T. 1. LL. de lib. Arbitr. cap. VIII. Menzer. Exeg. artic. v. August. Conf. num. IV. not. 6. Gerhard. T. VI. LL. de Minist. Eccles. n. 251. I. *Ponunt ante auditum verbi preparationem seu disputationem per mortificationem, illam vocant Entgröbung.* II. *Studium legere, audire verbum.* III. *Verwunderung / id est, dubitare an verum sit, quod in verbo legis & audis, & petere talem sensibilem revelationem, ut nihil dubitationis vel dissidentiae reliquum sit. Et quidem ita orare iusserunt suos auditores, exspectantes in caelum.* Water gib mir ins Herz die außgestreckte Lust zu deiner Gerechtigkeit / wo nicht / so wil ich Dich vnd alle deine Apostel verläugnen. IV. *Die lange weil / quando adhuc cum peccato pugnandum est.* V. *Besprechung / id est, in revelatione per vivam Dei vocem erudiuntur.* Vnd kömpt der Besitzer in das inwendigst / vnd gibt ins Herz ein gewiß Urtheil von allen Dingen / vnd wird also der Mensch den Creaturen eintrißn.

XI. *Eadem Johannis Leidensis, regis Monasteriensis, Cnipperdolingi, Crechtingi & similium monstrorum, tempore seditionis Monasteriensis Anno M. D. XXXIII. & sequentibus sententia fuit, qui vel ex Scripturis malè depravatis, vel iisdem prorsus abjectis ex somniis ac revelationibus regnum suum asserbant. Cum enim Landgravius Hassiæ, ac Ordines Provinciæ Rhenanæ Confluentiæ congregati, missis literis obfesso graviter monerent, desisterent à proposito, ac rationem de novo regno redderent, ita d. XIV. Jan. Anno M. D. XXXV. Landgravius respondit: Leute Lips/gy wetet an twivel / dath Christus gespraken hefft / wo ort de Propheten tügen / dath nicht en Zütelken der Prophetischen Hiligen Schrifft sal unvolbracht mögen nabliuen / So secht of Petrus in der Apostel Geschichten / dath in tyden der Resurrection, welcher angefangen hebben / syndt dath dorch de Klarheit des Evangelii de Babilonische Gefengnis ~~in~~ <sup>in</sup> geöpenet worden / dath by den sulven tyden heweder gebracht werde, allent wat Gott geredet hefft / dorch den Mund aller Propheten / van der Werldt an &c. So nehmer nu de Propheten tho handen / vnd seet / wat se van der Babilonischen Gefengnis / vnd vullendung besser Werldt schriuen / besglicken de Parabolæ Christi / der Apostelen Schriffte unde Apocalyps*



calypsis tügen / wu unde welcher gestalt den Babylonischen vergulden sal werden / tho wat Dyse unde Herrlichkeit Gades Boldt uch allen enden der Welt vorkamlet sal werden / vum welchem Tage sonderling de kleinen Propheten tügen / Wanner gn dath mit vltte ouerlesen vnd als dan de Schrifft recht / als Paulus tho Timotheum secht / van ein schinden können / dar tho den verstand van Gott erlangen / de Wahrheit uch den Velden recht tho begripen / unde in thosören / so würde Sy gewislich vornemen / offt wy van vns silvest einem König upgeworpen hebben / eder offt ydt van Gott anderswor tho verordnet ys &c. Quod multis aliis idem Rex in carcere confirmavit. ea de re compellatus ab Antonio Corvino & Joanne Kymeo Landgravianis Concionatoribus. Sapius autem ad somnia ac visiones confugiebat. Hinc in ipso illo Colloquio, cum ex eo quareretur: Wie wolt jhrs verantworten / wenn Gott am Jüngsten Gericht sagen würde / wer hat dich zum König gemacht / vnd solchen grewlichen Irthumb in der Welt / meinem Wort zu grossen nachtheil / heissen anrichten? responder, Ich wil sagen / die Propheten von Münster haben mihrs von deinem wegen angesagt / mihr auch Leib vnd Seel zu pfande gesetzt / das es dem Göttlicher Wille vnd Befehl sey. Cum exciperetur, Es wird aber hie nicht gelten / vngewisse vnd falsche Propheten anziehen / Ihr müisset die Nasen selber herben halten / wie der Prophet sagt / Ein jeder sol in seinen eigen Sünden sterben. Wienol wir hören / das jhr euch in diesem fall auch Göttlicher Offenbahrung sollet gerühmet haben / Regerebat: Offenbahrung habe ich in diesem fall nicht gehabt. Sondern es sind mihr etwa Gedanken eingefallen / das zu Münster ein König solte erwahlet werden / vnd eben Ich solte seyn derselbige &c. Vnd haben mich auch solche Gedanken höchlich beweget vnd bekümmert gemacht / Also das ich Gott gebeten habe Er solle mich / angesehen meine vngeschicklichkeit / mit solcher Bürde nicht beladen. Wenn Er michs aber je nicht erlassen wolle / das er mich als durch glaubwürdige Propheten / so sein Wort haben / beruffen wolle. Sieben habe ich es gelassen / vnd niemand weiter davon gesagt / bis über vierzehen Tage / ein Prophet mit Namen Dufenschur / in der Gemeine auffgestanden / vnd

B iij

geruf-



geruffen hat/Gott habe ihm bezeuget / Johan von Leyden sol König seyn/hat auch solches dem Rath angefagt/ der so balde willig gewesen/ vnd mit der ganzen Gemeine mich zum König auffgeworffen/ ja auch das Schwerdt der Gerechtigkeit befohlen hat. So bin ich zum König worden. Multo absurdiora adhuc de eo refert Corvinus, Es hat mihr/vnd gemeldten Kymæo der König selber gesagt/das Knipperdölling etwa zu ihm kommen sey/vnd gesagt habe/ sein Geist bezeuge ihm/ man solle alle Götliche Schrift/ Neues vnd altes Testaments verwerffen/vnd einem jedern Menschen nach den Gedancken seines Herzen handeln vnd wandeln lassen. Vom Knipperdölling sagt er also: Er sey etwa zu ihm kommen/vnd habe gesagt/ Sein Geist bezeuge ihm/ Johann von Leyden sol sein ein leiblicher König / Aber er der Knipperdölling soll sein ein geistlicher König. So sey auch ein Frieser kommen/ mit Namen Peter Simeus vnd habe gesagt/ Sein Geist bezeuge ihm/ Er solle vnd müsse ein geistlicher Papsst zu Münster seyn. Quæ & plura alia in actis ab Antonio Corvino anno M D XXXVI. editis, Philippi Melancthonis Propositionibus contra Anabaptistas, Justi Menii lib. de Spiritu Anabaptistarum, Urbani Regii, Nicolai Amsdorffii, Henrici Dorpii libris ea de re conscriptis, Sleidan. lib. x. Comment. cum primis autem Lutheri Tom. II. Witteb. Germ. prolixè leguntur.

xii. Nagelii fabulæ non commentitiæ tantum, sed & tam absurdæ sunt, ut supervacaneum sit iis commemorandis immorari. Unam ex ejus Calend. de Anno M DC XX. cap. III. quatern. c. III. b. huc apponemus, unde quid de reliquis sentiendum sit, judicium fieri haud difficulter potest. Es bezeugen dieses gewaltige Phænomena, apparentia oder apparitiones zu vnser zeit am Himmel gesehen / davon viel glaubwürdige auctores berichten / wie nehmlich am Himmel gesehen worden die Erschaffung Adams vnd Evæ ex Adami costa, wie mans zu mahlen pflegt/ dadurch denn nichts anders angedeutet wird denn solche neue Geburt / wie Adam im Paradiß vollkommen gewesen in Gott/sür dem Fall/solche Zeit sol wiederkommen &c. Es bekräftigens auch vieler heiliger Leute visiones vnd Götliche revelationes, vnter andern schreibet einer : vnd Stehe / ein Himmlischer Bote/in gestalt des Mercurii wird zu mir gesandt/der gab





gab mir in meine Hand einen Spiegel / schön eingefasset mit diesen Worten: Ein Spiegel nicht von Menschen Händen gemacht / vnd Siehe / ich sahe in dem Spiegel Adam vnd Eva nackt vnd bloß stehen vnter den Baum des Lebens / vnd nackte kleine Kinderlein / vnd schnee-weiße Löwelein / so da waren die vincentes, die erfreweten sich in diesen Paradisgärtlein &c. Item, Ich wil hier nicht viel melden von der vision so in diesem Jahr einem Mann wiederfahren / der beydes im Traum / vnd denn mit offen Augen den Himmel gesehen auffgethan / Gott den Herrn sitzen / vnd die Erschaffung Adam vnd Eva etc. Haftenus Nagelius, quo quid ineptius aut stultius excogitari possit, vix equidem video. Nec si in somnium se aut lethargum convertere possit, & hominum cerebra obsidere, credo cuiquam persuadeat. Sed quid mirum? cum somnium saltem, h. e. cerebri malè dispositi figmentum narret, & ipse etiam nesciat, quid dicat, det sine mente sonos, det casta & inania verba.

XIII. Hæc omnia autem, & si quid his est simile, talia profectò tantaq; sunt, ut non erronea amplius aut hæretica, sed vel ipse paganismus sint, vel perparùm admodùm à paganismo differant, certè totam fidem ac religionem, quanta quanta est, funditus evertant. Qui enim de ipso verbo Dei & Scripturis Sacris ita sentiunt, ecquid sani veriq; in ipsa Theologiâ retinere possunt? *Turbabit fides, si divinarum Scrip̃urarum vacillabit auctoritas*, ait August. lib. I. de doctr. Christ. cap. xvii. Et Gerson, Cancellarius Parisiensis T. I. de exam. doctr. part. II. confid. I. *Nihil audendum dicere de divinis, nisi quæ nobis à Sacra Scriptura tradita sunt, cuius ratio est, quoniam Scriptura nobis tradita, est tanquam regula sufficiens & infallibilis pro regimine totius Ecclesiastici corporis & membrorum usque in finem mundi.* Est igitur talis ars, talis regula vel exemplar, cui se non conformans alia doctrina vel abjicienda est ut hæretica, aut ut suspecta & impertinens ad religionem prorsus est habenda. Chryostomus quoque Hom. I. in Matt. postquam magnificè de insigni utilitate & auctoritate Scripturæ disseruisset, concludit tandem, *extrema esse omninò dementia, postquam eò redacti sumus, ut scriptis indigeamus, ne secundo quidem hoc remedio ad salutem nostram uti.* Qui igitur revelationem Propheticam & Apostolicam negat, aut aliam in ejus locum substituit,



tuit, is ipsis paganis merito accensetur. Quod ideo diligenter in vestibulo hujus disputationis notandum, ut quantum ea in re momenti positum sit, intelligatur.

xiv. Quæ causa etiam est, quod inter hæsiographos vetustiores æquæ ac recentiores vix quisquam reperitur, quin cœratin: inter hæreticos primo ferme loco eos computarit. Ut enim de S. Basilio ac Hieronymo nihil dicam, Eusebius, perniciosam hæresin ac serpentis in morem in Asiam ac Phrygiam irrepsisse tradit lib. v. Hist. cap. xiii. & fragmenta veterum Ecclesiæ Doctorum affert, quibus illa solidè ac copiosè refutatur capp. xiv. xv. xvi. xvii. Epiphani. in libro octoginta hæresium, seu *περὶ ἑξήκοντα*, ut ipse in Epistola ad Acatium & Paullum Presbyteros, atque alibi sæpius appellat, quo hæreticorum errores ordine redarguit, in hæresi Phrygastarum seu Montanistarum, quæ est ordine xlviij. & in Quintillianorum seu Pepuzianorum, hæresi xlix. Philastrius item Brixienfis Episcopus in Catalogo, quo centum & quinquaginta sex hæreses recenset, hæresi xlix. quæ est Cataphrygarum, & in supplemento à Joh. à Fuechte in editione Helmstadiensis Anno M DC XI. addito, in hæresi Montani. Augustinus item Epiphaniæ ac Philastrii hæc in re epitomator, in proluxa illa octoginta octo hæresium epistola ad Quodvultdeum hæresi xxvi. Idem facit Theodoretus. Scripsit ille quatuor libros de hæresibus, seu, ut ipse vocet, *ἀρετικῆς κακωνθίας ἱστορίας* *hæreticarum fabularum compendium*, quibus addit epitomen divinatorum decretorum, ubi cum libro i. & ii. hæreses inter se contrarias ordine recensuisset, libro iii. porro ad eas se accessurum ait, quæ ex illis propullularunt, inter quas secundum statim locum Montanistis tribuit, & lib. iv. Hist. cap. xi. idem iterum inculcat. Vincentius Lerinensis opusc. quod adversus profanas omnium hæresium novitates edidit, Sozom. lib. vii. Hist. cap. xviii. Niceph. lib. iv. cap. xxiii. & lib. xi. cap. xiv. Honorius Augustodunensis presbyter in libello hæresium hæc. xlii. Constant. Harmenopolus hæc. xvi. & xviii. Bernhardus de Luxemburgo in suo catalogo hæreticorum, Lindan. Dial. xii. Dubitantii, Guido Carmelitanus, Alphons. à Castro lib. xii. adv. hæc. tit. de Prophetis hæc. i. i. Gabriel Præteolus lib. iii. Elench. hæret. hæc. x. lib. iv. hæc. i. lib. xi.



lib. xi. hæc xxiii. & xxxviii. Item lib. xiv. hæc. xxxv. & plerique omnes idem faciunt. Augustana quoque Confessio Art. v. *dam nãc Anabaptistas & alios, qui sentiunt Spiritum S. contingere sine verbo externo hominibus per ipsorum preparationes & opera.* Et iterum Artic. Schmaleald. part. i. i. artic. viii. Item in Epist. artic. ii. *Rejicimus damnamusq; Enthusiastarum errorem, qui fugunt, Deum immediatè absque verbi Dei auditu, & sine Sacramentorum usu homines ad se trahere, illuminare, justificare & salvare.* Et solida Declaratio artic. ii. p. 655. 668 678. magna severitate & pio zelo redarguendos Enthusiastas ait, neque in Ecclesia Dei ferendos. *qui somniant, Deum sine omnibus mediis sine auditione verbi divini & sine usu Sacramentorum homines ad se trahere, illuminare, justificare & salvum facere*

xv. Etsi autem dubium non sit, quin inter vetustiores illos non pauci in recensendis hæresibus non satis cautè ac circumspèctè semper sese gerant, non rarò etiam Sanctos viros imprudentes hæreseos, ipsi in errorem inducti, arcessant, uti de Philastrio expressè id attestatur Bellarm. lib. de Scriptor. Eccles. *multa ab eo inter hæreses numerari, que verè hæreses non sint*: Item lib. iv. de amiss. grat. cap. xi. Et Alph. à Castro lib. ii. adversus hæreses. Apertiùs adhuc Estius præfat. comm. in Epist. ad Hebr. *frequens esse Philastrio, ut inter hæreses numeret errores qualescunque, atque interdum etiam, quod pace tanti viri dictum vult, non errores sed veritates.* Quod ipsum aliis quoque accidere posse Lorinus in Act xv. 10. fatetur. *Guido, inquit, Carmelita de Grecis refert, illis videri licitam simplicem fornicationem.* Hoc item Præcolus, Castro & alii hæreseologi referunt *Guidone auctore. Id ego de illis non credo.* Etsi item tum avorum nostrorum memoria trecentis aut quadraginta abhinc annis, tum & nostra quoque hodie in Waldenses, Guilielmum Aurifabrum, Tabotitas, Wiclefum, Petrum Dresensem, Petrobrusianos, Hussum, Lutherum cæterosq; Ecclesiæ veræ ac Catholicæ Doctores tam horribilem sententiam Pontificii inclementer ferant, eosq; omnes in hæreticorù numero deputandos per manifestam imposturam dicant, in quorum tamen vitâ & doctrinâ nullû reperire erratum aut scelò aliud possunt, quàm quod Scripturæ sacræ pristinam auctoritatè, quam in Ecclesia inde usque à principio & tot seculis semper habuit, fartâ tectam conservare, & ipsam illam potius, quàm Pontificis Romani



sequi malint: Idem tamen in Montanistis ac Enthusiasticis locum non habet. Cum enim verbum Dei revelatum sit arx quasi quaedam totius Christianæ ac Catholicæ fidei, & Theologiæ nostræ unica principium, quo totius Catholici dogmatis fundamenta nituntur, nec ullus fermè hæreticus extiterit, qui non idem illud exagitarit, & alii quidem singulos libros, alii magnam ejus partem, alii denique totum illud vel elevarint mirum in modum, vel corruptelis suis interpolarint, vel deniq; è medio tollere conari fuerint, atque in tam sublimem locum ac fastigium fabulosa ac delira somnia sua mirificè sub nominibus visionum & prophetiarum commendata, collocare, quod maximam partem fecerunt Montanistæ, rectè illi pro hæreticis habiti sunt. Nec verò ille tantum hæreticus censendus est, qui totum illud negat, sed & qui præter illud ad nova alia confugit.

xvi. Quam ob causam etiam prisci illi Christianæ fidei Antistites & *ἁγίου πνεύματος*, imò integræ sæpè Ecclesiæ magno numero & turmatim pro hac ejus auctoritate contra istas visiones tam strenuè tamq̃ue feliciter depugnabant, ut vix uno in angulo aut sursum tollere caput, nedum in publicum prodire & vires ulla sumere ipsæ illæ possent. Inter illos autem egregiam operam præter ceteros præstitit Apollinarius Hierapolitanus Episcopus, cujus & supra mentionem fecimus, Miltiades Episcopus Romanus, Apollonius Ecclesiasticus scriptor *ἄντιστοιχὸς τῆς Πλατωνικῆς Θεολογίας* & *ἐπιτομὴς τῆς Ἑλληνικῆς Φιλοσοφίας*, sub Commodò Imperatore postea martyrio coronatus, ut de ipso Euseb. lib. v. Histor. cap. xix. testatur: Serapion, item Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus, quos omnes Eusebius, qui magno studio veterum Scriptorum monumenta indagavit, & quid quisque eorum scripserit, diligenter annotat, lib. v. Histor. cap. xiv. xv. xvi. xvii. & Nicephor. lib. iv. Hist. cap. xxiii. recensent. Theodoretus autem lib. iiii. hæret. fabul. cap. de Montano, Cainum, & lib. iv. Hist. cap. xi. Eretorum Ecclesiæ Melitenensis, Amphiloichium, Iconii Lycaonia, Basilii ac Gregorii Nazianzeni *ὁμολογητοῦ*, Flavianum Antiochiæ, Episcopos, superioribus addit, quos omnes incredibilem labore, singularique ac prorsus divino Spiritu ac fervore hæresin statim abegisse (verba ejus sunt) *Ἐπί τῆς ἐπιπέδαυρας ἀπὸ τοῦ πύου ἀπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος* dicit.



dicit. Postremum quoque hunc singulari stratagemate adversarios adortum, ut fucum quem facere conabantur, ipsi ultrò detegerent, atque arcana sua imprudenter effutirent. Sic autem ille ex interpretatione Joachimi Camerarii: *Flavianus celeberrimus, cum esset Pontifex Antiochenus, ubi comperit hos (Montanistas) Edesse congregari, & suum virus vicinis instillare, missa monachorum cohorte, deduxit Antiochiam, & negantibus confessionem morbi illa extorsit. Accusatores ajebat calumniosos, testes mendaces esse, sed adelphium (Montanistam) admodum grandem natu blandè compellans, juxta se assidere jubet: Nos quidem, inquit, o senex, post majorem vitæ peractam partem exactius novimus & humanam naturam, & molitiones demonum adversariorum cognovimus, usu etiam didicimus largitatem gratiæ: isti verò adolescentes cum sint, neque exquisitam harum rerum teneant rationem, spirituales audire sermones non sustinent: quapropter mihi expone, quomodo doceatis & adversantem spiritum recedere, & advenire gratiam sanctissimi Spiritus. His verbis delentus senex, totum venenum occultatum evomit: nemini prodesse quicquam Sanctum baptismum omnium qui ipsum consequerentur: Solam autem sedulam orationem expellere domesticum demonem. Nam unumquemque qui nasceretur, trahere de primo parente ut naturam sic demonum quoque servitutum. Sed his sedula oratione fugatis tum deinde advenire Sanctissimum Spiritum, cum significatione sensibili & visibili presentie sue (Christophorus verit suamq; presentiam tum sensu tum visui ostendere) quo corpus perturbationum motibus liberetur, & animæ ad deteriora inclinatio prorsus avertatur, ut deinceps neque jejuniis reprimente corpus, neque doctrina refrenante & ad decus ac ordinem instituente opus sit. Quasi cui contigerint, jam non illum modo petulantia carere corporea, sed planè etiam prævidere ventura, & divinam Trinitatem oculis contemplari. Tum dicit Flavianus effosso puteo fetido, & elicitis aquis impietatis, infelici seni, Inveterate, inquit, diebus malis, coarguit te os tuum, haud ego, & labia tua contra te dixere testimonium. Itaque pro dicto morbo, Syriam illi exacti, in Pamphyliam concessere, eamq; implere peste bac.*

XVII. Cæterum idem non tantum privatim à singulis Ecclesiæ Doctoribus, sed publicè quoque in Synodis & à totà Ecclesiâ unanimi



nimi consensu crebro factum ex Apollinario Hierapolitano, veteri item Scriptore, ostendit Euseb. lib. v. Hist. cap. xiv. *Fideles, inquit, per Asiam sapenumero & multis Asia locis, ob hanc causam conveniebant, ac nuper natas doctrinas examinabant, & excommunicabant.* Et mox idem Eusebius, seu apud illum potius Serapion (ex ejus enim ad Caricum & Ponticum epistolâ ea Euseb. cap. xvii. recitat) *Ut & hoc sciatis, quod fallacis hujus instituti, quod novam Prophetiam vocant, operatio, ab universa, que per totum orbem in Christo est, fraternitate, tanquam execranda reprobatur, mistetiam vobis Claudi Apollinarii, beatissimi Hierapolitani in Asia Episcopi, literas.* In qua Serapionis epistola variorum episcoporum subscriptiones haberi, & alium quidem ita subscripsisse: *Aurelius Cyrenius Martyr salutem vobis opto.* Alium autem sic: *Ælius Publius Julius à Dabelto Colonia Thracie Episcopus, Vivit Deus in calis, quod cum beatus Zotas Anchialensis demonum Priscille ejicere vellet, hypocrita non permiserint.* Denique & aliorum Episcoporum autographas subscriptiones in literis illis circumferri idem testatur.

xviii. Quomodo igitur nunc hæreticus non est, qui neminem nisi manifestarios & professus Apostolorum Christi hostes, ipsiq; Apostolis aut apostolicis viris damnatos hæreticos auctores habet? Quomodo aperta hæresis non est, quæ non quidem certum aliquod doctrinæ Christianæ caput, magnum aut parvum, sed ipsum totius illius cardinem & fundamentum oppugnat? Ecquid *αἰεὶ καὶ πάντες*, quam non tantum verbum Dei & Scripturam Sacram, sed & fidem ipsam, omnem ordinem à Deo constitutum, totam denique hominum æternam salutem funditus evertere, ac petulantem quodam ausu labefactare? Ista enim dogmata amplecti necessum est omnes eos, quicumque modo medioq; ordinario, seu ipso verbo Dei vel abjecto vel insuper habito, novas & peculiariores revelationes hodieq; præstolantur. Quod equidem non conjecturis, aut obscurâ & contortâ quapiam argumentatione, sed planè & liquido potest ostendi.

xix. Et ministerium quidem sacrum à Weigelianis impugnapariparum equidem dissimulant, quin id apertè toties & palàm profitentur.



tenur. Bey uns Christen ist eine solche Hinderniß / als Predigt hören / Kirchen gehen / getaufft sein / beichten / sich absolviren lassen auff den Beichtstuel / Sacrament nehmen / Messe hören / lesen / vnd andere Kirchengewöhnliche üben / wiewohl Christus das Predigampt / Nachtmahl / Tauffe geordnet hat vnd eingesetzt / so wirds doch von falschen gemißbraucht / vnd machen ihrenselbst damit eine Hinderniß / daß sie nicht mögen einkehren in den inwendigen Menschen / die Seele niedersetzen / vnd essen von verborgenen Manna / das ist / sie können nicht befinden / noch in ihren Herzen erfahren die Krafft vnd Wirkung Christi / sie lassen Christum in ihnen nicht offenbahr werden nach den Geist. Denn warlich wer sich bringen leßt an Predigt hören / Kirchen gehen / Mess halten / teuffen / Sacrament nehmen / der kan nicht herein kehren / muß heraussen bleiben auff den Gassen vnd Strassen der Stadt / wo er anders nicht vnter den Zäunen ligt / wie ein Vieh im Lafter / Weigel. part. II. post. p. 307. Et iterum: Alle die in der Menschen Kirchen sind / vnd an Menschen hängen / vnd von Menschen gelehret seyn / kennen Christum nicht / vnd wollen ihn auch nicht kennen / p. 107. Sol ich erleuchtet oder gläubig gemacht werden / so muß ich in mein Kämmerlein gehen / vnd auff einen Winkel kriechen / in einer stille auff Gott warten / welches die Buchstäbischen Enthusiasteren oder Schwengelfederen heissen / p. 23. Plura vide Minist. Lubec. Hamb. Luneb. num. cl. seqq. & n. dccli.

xx. Etsi autem idiotis singulis ac fidelibus scitu necessarium non sit, esse talem peculiariter ad id munus à Deo destinatum ordinem, ac iis mediis præditum, per quæ ad vitam æternam devenire ipsi illi possint: nec enim quicquam hoc vel ad generandam vel conservandam salvificam fidem facit, sed ad salutem satis est, si adhibere illa media velint: dubium enim non est, quin salvati semper sint, & adhuc fortè salventur, qui distinctam hujus notitiã non habent, uti Ezechias decumbens, etsi extere tale medicamentum prorsus nesciret, quod tanto ipsius malo per sanando par esset, imò fortè in rerum naturâ reverà non reperiretur, atque hinc non desunt, qui præter naturâ ordinem eum salvatum contendant, utendo tamen sanitati restitutus est Esa. xxxix. 21. Ita ignorantia talis cœtus modique agendi per se non induit aut impedit salutem. Sed



verò qui ipse non tantùm media ordinaria rejicit eorumque loco alia substituit, sed ut alii idem faciant, docet, is etsi immediatè in fundamentum salutis non impingat, quia tamen tum sibi tum aliis proximum consequendæ salutis medium viamque præindit, ob immediatam fidei & ministerii, tanquam causæ mediæ & effectus connexionem, uniusque ab altero dependentiam fidei naufragium facit. Hinc Apostolus Rom. x. 14. 15. disputans de fide, quâ omnes salvantur, totam illam ad prædicationem Ecclesiæ ministrorumque missionem & vocationem reducit. *Quomodo invocabunt eum, in quem non crediderint? quomodo autem credent ei, de quo non audierint? quomodo autem audient absque præd. cante? Quomodo autem prædicabunt nisi missi fuerim?* Quæ Apostoli gradatio evidenter docet, sublato agendi modo ordinario tolli fidem, invocationem, ipsam denique salutem. Invocatio enim ex fide est, fides est ἀκούσις, auditus ex prædicatione verbi, hæc verò à ministerio dependet. Ita enim *libuit Deo, per stultitiam prædicationis servare credentes.* I. Cor. I. 21. Atque hinc Apostoli indignos Judæos regno cælorum ac vitâ æternâ pronunciant, quod aures ad Stephani concionem obdurarant, ipsumque urbe expulerant. *Vobis necesse fuit primum exponi sermonem Dei: postquam autem illum repellitis, & indignos vos ipsos decernitis æternâ vitâ, ecce convertimus nos ad gentes* Act. XIII 46.

XXI. Geminus de ministrorum vocatione ac missione error est. Fingunt Ecclesiam barbaram aliquem & sine ordine cætam, ubi, ut in regno cyclopico, ἰδεὶς ἰδσνός ἀνγες, imò dicunt, *si quis doctrinam Evangelii intelligat, sive is sit sutor, sive sartor, cum docere & concionari debere*, ut Chemnit. T. III. LL. de Eccles. cap. IV. n. 1. docet. Ubi tamen res ita comparata est, ut in homine salvando pura ejus ignorantia tolerari possit; nec enim Athenienses quærebant de persona Pauli ejusque vocatione, cum ἀγγισσὶν Σεδὸς illis prædicaret, Act. XVII. Sed negare tamen vocationem aut necessariam hodie esse, aut eandem immediatè præstolari, consequenter propter mandatum divinum in fundamentum fidei impingit. Quisquis enim sciens vel tantillum pertinaciter negat, quod Deus revelavit, si non paganus, certè hæreticus est. *Qui solverit ex mandatis hisce minimis, & ita docuerit homines, minimus vocabitur in regno cælorum* Matth. v.



19. Si quis adjecerit ad hæc, imponet ei Deus plagas scriptas in libro isto: Et si quis abstulerit aliquid ex verbis libri prophetia hujus, auferet Deus partem ejus de libro vite, & ex urbe illa sancta, & ex iis que scripta sunt in libro isto Apoc. xxii. 18. 19. Etsi enim omnia ea, quæ Deus in verbo suo tradit, talia non sint, ut directè ad salutem æternam nos perducant: alioqui nemo saluaretur, nisi qui totum codicem biblicum ex promptâ memoriâ teneat, quod primus in Colloquio Ratisponensi Sess. xi. Tannerus tam absurde asseruit, ut ex incestu Judæ & cane Tobiaë novos fidei articulos profusè ridiculè fabricaret; negari tamen non debent, quia pars verbi sunt, seu revelationis divinæ.

xxii. Weigeliani autem ceteriq; fanatici ita missionem ac vocationem elevant, & naso adunco suspendunt, ut vel nullam planè agnoscant, vel ad privatam quisque judicium & immediatam illuminationem ac novam inspirationem confugiant. Die sendung der Diener sol nicht geschehen von Menschen/sondern von Gott selber/das sie mit sich bringen das wahre Zeichen nemlich den heiligen Geist/Weigel. part. iii. post. p. 60. Item. Niemand darff Gottes Wort predigen/er sey denn ordinet und von Menschen beruffen/die von Gott lernen und von Christo beruffen werden/dürffen nicht aufstretten/wiewol keiner da ist vnter vns allen/der da gesand were von Gott/alle von Menschen/alle von Stuel der Pestilenz/ alle Miedlinge vnd gedingte Knechte vmb's Iohu. Ach GOTT erbarme dich/ wenn wirstu einmahl senden/die du senden wilt? part. ii. p. 166. Similia plura effutunt fanatici in libro Offenbarung Göttlicher Majestät &c. Secuti in eo Arium apud Ruffin. lib. i. Hist. cap. xiii. Lucium apud Theodori. lib. iv. Hist. cap. xx. Felicem apud Niceph. lib. ix. cap. xxv. qui ipsi ultrò & temerè istas partes sibi rapiebant, & auctoritatem docendi populum vendicabant, etsi munus illud iis legitime commissum non esset.

xxiii. Non tamen intra hos terminos stetit ille error, sed ad ipsos Papistas ac Calvinistas usque penetravit, quorum plerique, monachi cum primis & Jesuitæ, homines πολυτροποι και παντροποι, totum ferè orbem circumueant, maximeque regum & principum conclavia obsident, atque idem illud munus clam & sine consen-



consensu auditorum, sæpè etiam illis invitis ac prorsus repugnanti-  
 bus invadunt. Experta eorum fraudes superiori seculo est Gal-  
 lia, Anglia, Belgiumq; & ipsa adeò Germania, cum Robertus Per-  
 sonius, Edmundus Campianus, Claudius Matthæus, Odo Pigenna-  
 tus, Parrius, Castellus, Varada, Ravaiillacus, Gerardus, Guignardus,  
 Garnettus, Hallus, Grienwellus & similia hominum monstra re-  
 rum potirentur, ex quibus tamen aliqui supremo supplicio affecti.  
 Nec aliò id etiam, opinor, tendit, quod Papa Romanus novo hacten-  
 us & in Ecclesia tot seculis prorsus inaudito, imò in Concilio  
 Chalcedonensi disertè Can. vi. damnato exemplo, *ne quis absolute,*  
*nisi ad certam & specialem Ecclesiam ordinetur*, illi tamen non rarò  
 Archiepiscopus titulares procedit, Olabum Magnum Upsalientem  
 in Suecia, Robertum Venantium Scorum, Armacanum in Hyber-  
 nia, Episcopus, atque hunc non eruditione quidem aut pietate cla-  
 rum, sed quod, *estis oculis parùm prospiceret equis amen meritoris expe-*  
*ditissime iter facere possit*, ut commemorat in Historia Concilii Tri-  
 dentini lib. ii. pag. 152. Petrus Suavis, eruditissimus scriptor, quem  
 Fr. Paullum Sarpium Servitarum ordinis, Venetæ Reip. Theolo-  
 gum, & scriptis contra Bellarmin. de potestate Papæ temporali ce-  
 lebrem, auctorem credunt. Unde tam frequens in eodem con-  
 ventu mentio Antonii Helii Hierosolymitani Patriarchæ, Petri  
 Laudi Cretenensis, Johannis Bruni de Ochlinio Antibarensis, & regni  
 Servix Primatis, Archiepiscoporum: Leonhardi item Halleri Phi-  
 ladelphix, Julii Parisiani de Tolentino Arimnensis, Hieronymi  
 Ragazzoni Nazianzeni, Episcoporum, aliorumq; quorum nomina  
 extant in Indice Decretis Concilii annexo, & Historia Concilii Trid.  
 p. 178. 444. 597. 802. 822. 899. ex quibus tamen nullus Ecclesias, qua-  
 rum titulos præ se ferebant, unquam vidit, nec ab ullâ visus est, aut  
 curatum officium sustinuit, quod & Cardinali Ridolfi ab Episcopo  
 Calagoritano in ipso Concilio objectum aliquando fuit, ut est in  
 eadem Hist. p. 281. eum tantum in finem creati, ut haberet Pontifex,  
 quos suis laborantibus subsidio mittere & dissentientes si non sen-  
 tentiarum gravitate, saltem numero superare posset, ut ibidem p.  
 179. 444. commemoratur, accuratè observans illud Rhetorum maximo,

ma,



ma, ut ubi pondere non potest, argumentorum numero pugnetur, ut si non possunt valere, quia magna sunt, valeant quia multa sunt, ut ait Quintilianus.

xxiv. Calvinistarum *Wesleya*, ut de Photinianis nihil nunc dicamus, ex D. Chemnit. T. III. LL. de Eccles. cap. 1 v. n. 1 nota est, nec mediatam eos nec immediatam, sed extraordinariam planè docendi in Galliis vocationem iactitare, & hunc Genevæ morem servare, ut aliquos in Theologia instituant, & postea in Gallias docendi causâ mittant. Atque horum extraordinariam vocationem martyrio sæpè in Gallia & Belgio sancitam Bucan. LL. de Ministr. & Ludov. Crocius contra B Menzer. testantur. Quin & hodie fieri posse ajunt, ut Deus non tantùm mittat Ecclesiæ ministros per ordinaria media, sed & per alia, quæ ipsi placent. Contra quos omnes rectè Augustana Confess. Artic. v. nostras Ecclesias de ordine Ecclesiastico ex verbo Dei ita docere ait, *quod nemo debeat in Ecclesia Dei docere publicè, aut Sacramenta administrare, nisi ritè vocatus.* Quod ipsum Apologia ejusdem p. 204 pluribus persequitur. Et jam ante Lutherus ad Melancthonem Anno M D XXII. ea de re perscripserat T. I I. Epistolarum: *Hoc explores an vocationem suam possint probare* (fanatici seu coelestes propheta dicti) *Neque enim Deus unquam aliquem misit, nisi per vel hominem vocatum, vel per signa declaratum, ne ipsum quidem Filium. Propheta olim ex lege & ordine prophetali jus habebant, sicut nos modo per homines. Prorsus nolo eos recipi, si nuda revelatione sese vocatos asserant, cum nec Samuelem quidem vellet loqui Deus, nisi per auctoritatem consciam Hebr.* Idem postea quoque Anno M D XXV. libro contra coelestes Prophetas hanc ob causam Carolstadium reprehendit: *In diesen Wnrath vnd Wnglück hat D Carlstad bracht/ achre ich/ daß er vnberuffen sein Ding thet/ vnd sein beruffen muthwilliglich fahren lies/ denn er hat sich zu Drlamünde/ als ein Wolff eingedrungen/ darumb war es nicht müglich / daß er was guts solt anfaßen / Er war auff Fürstliche Eriffnung vnd Rendten zu Wittenberg verordnet ein Archidiacon/ der Gottes Wort predigen/ lesen vnd disputiren solt/ da hat ihn Gott hingefodert / vnd er sich auch verpflichtet / wie er denn ein zeitlang auch thet mit Mug vnd Ehren / vnd war lieb vnd werth gehalten / das kan er nicht anders sagen / vnd hatte mehr förderung vom*

D

Churfür.



Churfürsten/dann viel andere/biß das die Mordpropheten kamen/vnd den Mann wild vnd vnrühig machten/das er etwas bessers vnd sonderlichs wolt lehren/denn in der Biblia Gott lehret. Da brach er auff auß eigenem Frevel/vnd zohe gen Orlamünde / hinder wissen vnd willgen beyde des Fürsten vnd der Vniuersität/vnd trieb auß den Pfarherr daselbst &c.

xxv. Fidem justificantem Apostolus *περὸς ἡμᾶς* appellat II. Cor. III. 4. Eph. III. 12. qua *fiduciam & firmissimam animi persuasionem habemus per Christum apud Deum*: Item *περὸς ἡμᾶς* I. Joh. III. 21. & *πληροφωσία* Rom. IV. 20. 21. certam confidentiam, eò quod nulla hæsitatio aut sollicitudo de opposito locū habeat, plebis enim esse fluctuari semper, atque diversis opinionibus in transversum rapi Ephes. IV. 14. Quin insuper hoc asserit, fidem ipsum salutis fundum ac cardinem esse, atque ita comparatam, ut sive ipsa negetur, sive essentia ejus destruat, ad salutem nemo pervenire possit; amissā ipsa amitti salutem, retentā eadem & ipsam retineri. *Ignorat à enim fide, ignoratur & Deus ipse* Cyrill lib. XI. in Joh. cap. XVI. ait. Hæc autem non aliunde est, nisi ex auditione verbi prædicati, ut disertè idem Apostolus Rom. X. 14. testatur: *Quomodo invocabunt eum in quem non crediderunt? quomodo credent ei de quo non audierint? quomodo audient absque prædicante?* Unde concludit tandem v. 17. *Ergò fides ex auditu est, auditus autem per verbum Dei.* Quicumq; igitur verbum Dei, ejusq; auditum tollunt, & contra in ejus locum naturalem illam & congenitam cuiq; celestem lucem substituunt, quod faciunt Weigel part. I. post. p. 53. 59. Itē de Christianismo p. 24. 52. 61. Theophrast. Paracels. an & qualem ipsi fidem habeant, proclive est deducere.

xxvi. Atque hæc ipsissima Enthusiatarum Theologia est, cæterorumq; omnium, qui alias novas immediatas revelationes de rebus fidei hodieque fieri contendunt, qua quidem nihil certius est, quàm omnem nostram religionem convelli, adeoq; veritatem totius fidei Christianæ everti, totam deniq; salutem impugnari, quod etiam atq; etiam cogitandum illis est, qui eandem hæresin hodie tenent. Sed quia nostri instituti nunc non est, ea pluribus persequi, quid ipsa prophetia & revelatio sit, jam porrò indicabimus, ut intelligatur, unde petenda ea hodie sit, nobisq; innotescat.

SECTIO



SECTIO II.  
DE NATURA PROPHETIÆ ET QUO-

TUPLEX EA SIT.

I.

**P**ostquam de Origine ac ortu prophetiarum satis dictum, & quantum in ea controversia cognoscenda momenti positum sit ostensum, proximum nunc est, ut ad ipsas illas propiè accedamus, & quid Propheta aut Prophetia, Revelatio item & quotuplex ea sit deinceps demonstremus. Cùm autem res ipsa sine nominum explicatione cognosci vix possit, multaq; latere necessum sit eos, qui vocabulorum vim ignorant, idè quæ sit nominum illorum ratio, primò omnium rectè intelligendum est, ut iis cognitio ipsam Prophetiæ naturam, quantum in hac imbecillitate fieri potest, rectè percipiamus. Non tamen omnia eorum significata hîc recensibimus, quorum plura in Scripturis occurrere Flacius part. 1. Clavis tit. Propheta, Aretius Problem. Loc. xciv. Martinus Delrio lib. iv. Disquisit. Magic. cap. 1. q. 1. testantur: Nec de eo etiam agemus in præsentì, quod Christo ipsi Scriptura tribuit, qui non verè tantum sed longè excellentiori modò magisq; propriè, quàm ullus alius Propheta dicitur, imò reliquis omnibus est tantò major, quantò præstantior est servo Dominus, & homine Deus, uti id prolixè ac eruditissimè præfat. T. 11. Comment. in Apocal. in eo genere literarum prorsus Incomparabilis, deq; tota Christi Ecclesia nobilissimè meritis Theologus D. D. Matthias Hoë &c. ostendit. Cùm enim ipse Deus, & Dei Filius, imò causa omnium sit, omnia cognoscat, & occultissima quæq; penetret, etiam ipsa abditissima cordiù introspectat, ecquis dubitet, quin ipse quoque Propheta dici possit, & modò quidem infinitè excellentiori, quàm ullus alius Vet. aut N. Testamenti? Sed hoc, uti dixi, nunc non attingemus, saltem ea significata in medium afferemus quæ principaliora sunt & frequentius occurrunt.

ii. Quantum itaque ad vocum istarum significata attinet, quatuor præcipua in scripturis occurrunt. Capiuntur enim primò la-

D 2

tissimè



rissimè & Prophetæ dicuntur omnes illi, qui non quidem futura prædicunt, sed ea quæ à prophetis propriè dictis annunciata sunt, auditoribus inculcant, olim in V. T. filii Prophetarum 1. Reg. xx. 35. 11. Reg. 11. 3. 5. 7. cap. v. 22. in Novo verò ordinarii & sinceri Ecclesiæ Dei Doctores, qua acceptione occurrit Matth. x. 41. ubi inter Apostolos immediatè vocatos & justos, omnes credentes, ponuntur medii. Horum munus est pascere h. e. docere oves Christi, non tamen infallibiliter aut ex immediatâ Dei revelatione. Deinde capiuntur generatim pro certo gradu & ordine Doctorum in N. T. iis nempe, qui ipsi peculiari Spiritus S. magisterio edocti difficilia aut controversa Scripturæ loca, & prophetias singulari dexteritate enotare & investigare possunt, non infallibiliter iterum, ut Prophetæ propriè dicti & Apostoli, sed eo modo, quo genera linguarum & interpretationem sermonum Ecclesiæ Doctoribus donari ex 1. Cor. xii. 20. constat, non omnibus quidem illis; multos enim, qui munus Doctorum sustinent, non pollere dono illo interpretandi, notum est, prout divisiones gratiarum seu donorum variæ sunt, & alii quidem in Ecclesia oculorum, alii manuum, alii pedum loco constituti, juxta illud Eph. 1v. 11. *Dedit alios quidem Apostolos, alios verò Prophetas, alios autem Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores.* Hoc dono Ecclesia semper indiget, nec magis eo carere potest, quàm aut caput oculis, aut corpus manibus pedibusque & cum ipsâ illâ ad finem mundi usque perdurabit. Rectè enim D. Chemnit. *Voluit Deus in Ecclesia extare donum interpretationis, quod sicut donum sanationis, miraculorum & linguarum non est commune omnibus,* in Exam. iv. Sess. Conc. Trid Tales Antiochiæ fuisse videntur Barnabas & Simon Act. xiii. 1. & Corinthiorum plures 1. Cor. xiv. 29. 30. 31. 32. Et nostro seculo palmam inter illos obtinuit B. Lutherus, qui Scripturas sacras tam feliciter exposuit, ut ipsi ejus adversarii & hostes inviti quodammodò disertè id fateantur. Witaak lib. de Pontif. Rom. *Erat Lutherus homo Spiritu prophetico & dono Scripturas interpretandi admirabili præditus.* Andreas etiã Masius de eodem asseruit, *in unâ paginâ scriptorum Lutheri plus esse Theologia, quàm in multis voluminibus patrum.*



III. Tertiò speciatiim ita dicuntur, qui ipsi futurorum præscii dubios eventus ac varios casus, resq; longissimè absentes prædicere, quidam etiam quærentibus indicare possunt, quo sensu Agabus dicitur Prophetæ *prædicens per Spiritum famem magnam futuram in toto terrarum orbe* Act. xi. 27. Et cap. xxi. 11. vincula Pauli: quatuor item Philippi filiæ virgines Act. xxi. 9. Et propter hanc cognitionem etiam peculiariter dicuntur Prophetæ, non quidem à *procul* aut *porrò fando*, quod Isidor. lib. vii. Etym. cap. viii. i. existimat, quos *gentilitas vates* appellat, inquit, *hos nostri prophetas vocant, quasi præfatores, quia porrò santur. & de futuris vera prædicunt*, quo in genere Scholastici plerique infantiam suam ac imperitiam ineptè produnt, qui cum essent græcæ & Ebrææ linguæ profus expertes tam ridiculas sæpe atque ineptas vocum origines excogitarunt. Ita Dialecticam deducunt à *δύο duo*, λέξις *sermo*, & ὕψιστη *scientia*, quod sit scientia sermocinalis. Diabolum item à *δύο & bolus*, quod duos bolos hominis velit devorare, corpus & animam. Symbolum etiam à *συν & bolus*, eò quod quilibet Apostolorum suum bolum ad id contulerit. Ita Catharinam à *Catha*, quod est universum, & *ruina*, quasi universalis ruina. Cujus generis plura quàm centum vocabula in eum censum referunt, & in Lexicis suis *νεανικῶς* & pueriliter ostentant. Denique specialissimè ac propriissimè ita dicuntur, qui collustrati cœlesti lumine & à spiritu S. edocti sine institutione ea cognoscebant, & ex revelatione divina prodebant, quæ ad Ecclesiæ, Judaicæ cum primis, constitutionem, futuri Messæ personam & officium, Deiq; de salute hominum voluntatem pertinebant, quæ significatio extat Luc. xxiv. 27. Act. x. 43. cap. xxvi. 22. cap. xxix. 23. 1. Pet. i. 21. Qui ipsi quamvis ad V. tantum T. pertinerent, & cum Malachiâ ultimo Prophetarum deserint, ut indubitatum est apud Hebræos, ex quorum commentariis Genebrardus lib. i. Chronol. p. 166. quinque, in templo secundo defuisse probat, ex quibus hoc unum dicit, *quod caruerit spiritu seu afflatu sancto, qui Prophetas olim corripuerat: nam à Malachia ad Johannem Christi Baptistam nullos Prophetas extitisse*: Et jam tum Maccabæorum tempore nullus quisquam talis extabat, ut ipse auctor lib. i. Maccab. cap. iv. 46. cap. ix. 27. cap. xiv. 41. id disertè testatur: Eorum ta-



men quoad immediatam vocationem, & in docendo ac scribendo infallibilitatem, ad Ecclesiæ N. T. constitutionem, successores in N. T. Apostoli sunt, qui & ipsi afflati à Spiritu S. munus propheticum obibant, & abrogatis typis ac umbris, quibus novum fœdus significabatur, cultu item Levitico, ritibusq; temporaneis, quos Deus per Moſen sanxerat, novum illud fœdus perficiebant, & quæ à Prophetis de Messia prædicta erant, plenè edocuerunt, ac literis peculiari Dei jussu & mandato consignarunt.

iv. Quemadmodum autem vocabulum Prophetæ tam ambiguum est, sic & voces *ὁρασην* & *ὁρασην* non uno modo capiuntur. Non tantum enim ordinarium docendi munus Prophetia est I Cor. xiii. 9. cap. xiv. 3. 4. seqq. Apoc. xi. 3. & Scripturæ interpretatio ita Rom. xii. 6. appellatur, sed & omnes qui peculiari Dei motu & impulsu olim agitari aliquid divinitus sibi revelatum cognoscebant, prophetiam habere dicebantur, ut de Agabo & Philippi filiabus demonstratum paulò ante est, omne denique, quod non nisi Dei instinctu ac revelatione sciri potest, prophetiam esse Gregor. docet Hom. I. in Ezech. & Thomas II. secundæ q. cxxi. art. 3. Cornelius quoque à Lapide in II. Pet. i. *Omnis revelatio divina, inquit, sive quicquid à Deo revelatum, etiam si futurum, non sit præsens aut præteritum, rectè vocatur prophetia, quia est revelatio rei arcane, sive in se, sive quatenus à Deo revelatur.*

v. Etsi autem hæc ita se, ut dixi, habeant, & tam ii, qui mediatè, quàm qui immediatè à Deo illustrantur, prophetæ dici possint, nihilominus tamen illi minus propriè quodammodò & secundum quid tantum, hi autem propriè magis & simpliciter Prophetæ appellantur. Nec enim quisquam propriè dicitur prophetiam aut revelationem habere, nec Deus dicitur aliquid revelare, nec Propheta aut Apostolus ullus est, nisi quem Deus ipse immediatè alloquitur ac illustrat, sicut Prophetis olim ac Apostolis contigit, imò nihil aliud est Prophetam aut Apostolum esse, quàm immediatam revelationem habere, & ad illam docendam vocatum esse, unde etiam non statim cui aliquid revelatum est, propheta dicendus est: Cæteri quos Deus ipse immediatè non illuminat, non tam dicuntur prophetiam ipsi habere, quàm prophetiam aliis factam cognosce-

re,



re, ac interpretari. Hinc tota Scriptura V. T. utpote immediatè inspirata, sermo propheticus, prophetia, & scriptura prophetica κατ' ἐξοχήν II. Pet. I. 19. 20. Rom. XVI. 26. apertè vocatur, quod ipsum præterea ex eodem Apostolo probari potest, qui se Evangelium suum non ab homine ullo, sed per revelationem Jesu Christi accepisse dicit Gal. I. 12. Eodem sensu in Apocalypsi Johannis sæpius reperitur cap. I. 3. cap. XXII. 7. 10. 18. 19. Quare & nos prioribus istis nunc missis, in posteriori acceptione vocem Prophetæ & Prophetiæ imposterùm usurpabimus.

VI. Est autem Prophetia *Inspiratio divinitus certis hominibus contra institutionem ac laborem collata, de rebus arcanis humanamquæ cognitionem superantibus, ad Dei gloriam & Ecclesiæ edificationem.* Quâ in re ante omnia DEI actionem dicimus. Etsi etiam Angeli, cum sint substantiæ intelligentes, maximâ intelligentiâ & cognitione polleant, non tamen ita res cognoscunt, ut aut futura contingentia, aut liberas hominum cogitationes, ipsa quæ cordium secreta perspicere certò possint. Etsi item Diaboli quorundam futurorum notitiam habere, & quid eventurum sit tum prænosse certò, tum per oracula, aruspices, augures, magos & astrologos prædicere videantur, uti de Saule & filiis ejus ex I. Sam. XXII. 19. Creso, Pyrrho, Juliano aliisque, ex Theodoret. lib. X. Græcar. affect. patet, imò Scriptura ipsa, quæ pseudopropheta prædicant, interdum evenire dicat Deut. XXI. 1. *Cum surgens in medio tui propheta, aut somnians somnium ediderit tibi signum aut prodigium, quamvis eveniat signum illud aut prodigium quod prædixerat tibi: fatendum nihilominus est, Diabolum certò non prænosse futura contingentia, cum omnium consensu ista intellectum creatum longissime excedant.* Hinc Deus ipse de idolis dicit: *Proponant & indicent nobis ea, quæ obventura sunt, priora quoniam sunt indicate, ut apponamus animum nostrum, & cognoscamus finem eorum, aut eventura pronunciate nobis. Indicate quæ eventura sunt imposterum, ut cognoscamus vos esse Deos.* Esa. XLI. 22. 23. Sæpè etiam vel planè falsa prædixerunt, ut ex I. Reg. XXII. 12. 13. liquet, vel tam perplexa, ambigua, & ad homines illudendos composita, ut in diversos & contrarios sensus trahi possent, quam ob causam Apollo ipse Λοξίας dictus, quod non nisi Λοξά & ambigua, caq;



eaque λογῶς, per obscuras ambages consulentibus responsa daret. Quæ cum Deo indigna, ut par erat, Cicero crederet, maluit omnia potius Ethnicorum oracula ridere, & pro fabulis habere, quàm vel minimam saltem obscuritatis aut mendacii maculam Deo inurere. Hinc lib. II. de divinac. agnoscebat oracula Apollinis quibus Chrysippus totum volumen impleverat, partim falsa esse, partim casu vera, ut in omni oratione sit sepius, partim flexiloqua & obscura, ut interpres egeret interprete, & fors ipsa referenda esset ad sortes, partim ambigua, & qua ad Dialecticum essent referenda.

VII. Quod autem aliquando vera prædicit Diabolus, ea vel conjectando, vel pro incredibili sagacitate, qua sine dubio omnium hominum ingenium excedit, agentia naturalia passivis aptando, aut unam rem pro alterâ insensibiliter substituendo, affectus est; Vel maximâ celeritate, quâ pollet, quæ revera jam in occidente existunt, ipse autem vel audivit, vel aliter comperta habet, sed propter locorum distantiam ab hominibus sciri non possunt, in oriente pronunciat: Vel ex Dei revelatione, cum operâ ejus in puniendis hominibus utitur, addidit; Vel denique tale quid est, quod permissu Dei ipse facturus aliàs erat, ut de morbis, fame, peste, facillè intelligitur.

VIII. Denique nec hominum industria aut libido quicquam eam ad rem facit. Sed hîc geminus statim occurrit error. Quidam enim ita Prophetiam Deo tribuunt, ut à corporis temperamento, hominum item labore ac conatu, si non in universum, at maximâ sui parte dependere dicant, quemadmodum viri prudentes in Rep. aut rebus humanis acie ingenii sui & rerum experienciâ multa sæpè prævident, quæ ope & industriâ humana cognosci aliàs non possunt. In hac sententia fuerunt Aristoteles, Moses Ægyptius, Avicenna & Algazel Arabes. Verùm responderetur, hæc dilertè contrariari Scripturæ Sacræ, non libitu hominis allatam esse olim prophetiam, sed aëtos à Spiritu Sancto locutos esse sanctos Dei homines II. Pet. I. 21. Et rectè quidem negatur à voluntate hominum allatam esse prophetiam. Ubi enim homo regenerare aut convertere semetipsum non potest, ita nec in ejus arbitrio positum est, quando & ubi vult, hoc vel illo modo, prophetiâ affici, cum par

UIRO-





utrobique ratio sit, & magis quidem in hac, quàm illâ. Nec enim naturali voluntate, quâ ad opera communia movetur, nec regenita quidem, quâ opera pietatis exercet, sed peculiari Spiritus S. operatione & concursu planè singulari opus habet, ut prophetiam cognoscat. Hinc rectè Jamblichus, quantumvis paganus, de Mysteriis Ægyptior. *Vaticinium ipsum non ab arte, nec à natura, nec à naturalibus vel animalibus rationibus motibusve effici, totamq; potestatem præagam ad Deos referri, & omnem ejus auctoritatem in eo consistere, ait.*

ix. Alter & contrarius error fuit Montanistarum, qui non tantùm semetipfos, sed & olim viros Sanctos ita prophetasse dicunt, ut tamen, more arreptitiorum, non intelligerent ea, de quibus loquebantur, quod de Bileami asina Num. xxii. 28. 30. & Caipha dicitur Johann. xi. 51. *inscientem prophetasse fore, ut Jesus pro gente moreretur.* Quem errorem veteres meritò refutarunt, agnoscetes non convenire id præsentia divinæ, ut eos amentes reddat, quos sapientiâ cœlesti replevit. Epiphanius certè hæc. xlviij. & insigne hujus extaseos specimen affert, & tam accuratè jam olim satisfecit, ut novâ responsione non sit opus. Igitur non nostris, sed Epiphaniî verbis respondebimus. Montani prophetia ista erat: *Ἰδὲ ἄνθρωπος ὡσεὶ λύρα, καὶ γὰρ ἵπταμαι ὡσεὶ πλήτρον. Ὁ ἄνθρωπος κοιμᾶται, καὶ γὰρ ζηγοῦω. Ἰδὲ κύριός ἐστιν ὁ ἐκπέπων καρδίας ἀνθρώπων, καὶ διδὸς καρδίας ἀνθρώποις.* *Ecce homo velut lyra, & ego volo velut plectrum, homo dormit & ego vigilo. Ecce Dominus est, qui extasi movet corda hominum, & qui dat corda hominibus.* Respondet Epiphanius, esse *λοξὰ ῥήματα, & σαληνά, & ἔδὲ μιάς ὁρῶτη ἔχόμενα*, *verba perplexa, contorta, nec quicquam recti habentia:* nam dicere, volo velut plectrum, & vigilo, & extasi movet Dominus corda, mente moti ac hominis insani verba esse. Item, esse contra morem omnium Prophetarum, nec enim Mosè, nec Esaiam, nec Ezechielem sine ratione & intelligentia locutos, Daniele verò omni intelligentiâ plenum & consiliorum intelligentem somnium Nabuchodonosori exposuisse. Si dicas, etiam Adamum habuisse extasin, respondet, aliud esse extasin somni, aliud emotionem mentis. Adamum novisse præterita, dicendo, hoc os

E

ex of-



ex ossibus meis; præsentia, mulierem è corpore suo formatam, agnoscendo; vaticinatum item de futuris, idcirco relicturus est vir patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, eruntq; in carne unam. Sin excipias, aliam esse rationem Veteris, aliam N. T. respondet, id probari non posse, quin potius de Apostolis Petro, Paulo, Agabo, aliisq; contrarium constare. Idem autem cum Epiphanio Hieron. prol. in Esa. dicit: *Neque verò ut Montanus cum infans feminis somniat, propheta in exmisi sunt locuti, ut nescirent, quid loquerentur, & cum alios erudirent, ipsi ignorarent, quid dicerent, de quibus Apostolus ait, nescientes quid loquantur, sed juxta Salomonem, sapiens intelligit, quæ profert de ore suo, & in labiis suis portabit scientiam, etiam ipsi sciebant, quid dicerent. Si enim sapientes erant propheta, quod negare non possumus, quomodo instar brutorum animantium, quid dicerent, ignorabant?* Et Beda Comm. in II. Pet. I. *Ridiculè, inquit, quidam hæc B. Petri verba interpretatus est, dicens, quod sicut fistula flatum oris humani, ut resonet, accipit, nec sonum tamen ipsa, quem ministrat, quia insensibilis natura est, intelligere valet: Ita propheta Dei Spiritu inspirati, ea quæ idem Spiritus vellet, ore proferrent, nec tamen ea, quæ dicerent, ipsi mente tenerent, juxta illud Maronis: Dat sine mente sonum, quod impudentissimi erroris esse palam claret.* Miltiades autem antiquissimus scriptor, & Montano ac Maximillæ ætate suppar, usque adeò id pro absurdo habuit, ut ex eo firmissimè pseudopphetas eos esse se demonstraturum confidat. Extant pauca ejus apud Eusebium fragmenta lib. v. Hist. cap. xv. ex Apollinario Hierapolitano excerpta. Ita autem ille: *Pseudoppheta in ecclasi, cui licentia & impunitas famulantur, ab imprudenti inscitia orditur, & in imprudentem animam vesaniam desinit, sicut prædictum est. Adhunc autem modum neque ex veteris neque ex Novi Testamenti prophetis aliquem Spiritus actum ostendere, nec de Agabo, nec de Juda, nec de Sila, nec de Philippi filiabus, nec de Ammia Philadelpia, nec de Quadrato, nec de aliis quibuslibet, nisi ipsis commodantibus, gloriari poterunt.*

x. Ex his igitur omnibus evidenter jam patet, ita prophetasse sanctos viros, ut nihil prorsus eos fugerit, quæ loquebantur, sive in ipsa revelatione, sive post referrent, nec rursus tamen suo pte ingenio



nio ac industria vaticinia excogitasse. Constat præterea id etiam solum Deum certò ac infallibiliter omnia cognoscere, & quæcunque à prophetis dicta sunt, ipsum illum iisdem præter naturæ ordinem & modum, sine ulla animi contentione ac meditatione, sine ullo studio aut exercitio, cui ut causa vaticinium adscribi possit, inspirasse. Nec sufficit tamen hic concursus generalis, sine quo aliàs homo nec digitum pallio exerere, nec vel seipsum tantillum movere potest: nec concursus specialis seu gratiofus, qui fidelibus omnibus quoad dona sanctificantia, quoad ministrantia ordinaria verò ministris à Deo conceditur, satis est, sed peculiari profus modo ac impulsu, & Spiritus S. extraordinaria inspiratione locuti sunt sancti Dei viri. Uti enim mundi creatio, miraculorum patratio & similia, ita & prophetia absolutè & *κατ' ἐξοχὴν* opus divinum est, & dici solet. Ideò etiam Deo tanquam causæ principali & per se agenti dicta prophetarum tribuuntur. Hinc Esaias prophetiam suam cap. i. 2. ita exorditur: *Audite cæli & auribus percipite terra, nam Jehova loquitur.* Ita Jeremias cap. i. 4. *Fuit verbum Jehova ad me, dicendo.* Ezech. i. 3. *Fuit verbum Jehova ad Ezechielem, filium Buzi sacerdotem.* Daniel item solum Deum in cælo esse, qui arcana revelat, cap. ii. 28. testatur. Ita & cæteri omnes libros suos vel inscribunt, vel ordiuntur. Deus ipse futurorum scientiam, cogitationum ac cordis scrutationem soli sibi vendicat Esa. xli. 9. 10. *Recordamini priorum inde à seculo me esse Deum fortem & nullum præterea Deum esse, & neminem parem mihi.* Indicantem à principio finem, & ab antiquitate, qua nondum facta sunt. Jerem. xvii. 10. *Ego Jehova scrutator cordis, probator renum.* Apoc. ii. 23. *Et cognoscent omnes Ecclesia me esse scrutatorem renum & cordium.* Apostolus quoque dona illa peculiariter ad Dei gratiam refert, ex qua sunt distinctiones donorum, ministeriorum & actionum, Deo omnia in omnibus agente. *Nam huic per spiritum datur sermo sapientiæ: alii verò sermo cognitionis per eundem spiritum: alii verò donum sanationum per eundem spiritum: alii verò operatio virtutum, alii verò prophetia, alii verò discretio spirituum. Alteri verò genera linguarum, alii verò interpretatio linguarum. Sed omnia hæc agit unus ille & idem spiritus, distribuens privatim illa singulis sicut vult.* i. Cor. xii. 8. seqq.



XI. Actio ipsa *Inspiratio* dicitur, qua Deus sine alio præceptore ac labore intellectum ita afficit, animisq; cognitionem rerum abditarum instillat, ut eo modo ac ratione præstari id à nullo quovam homine, quantum quantum etiam fuerit, queat. Id tamen per modum habitus, qui disciplina & assuefactione paratur, non fit, nec per modum scientiæ cuiusdam, sive infusa ea sit, sive acquisita, quâ homo quovis loco & tempore uti, promptè item & constantè agere, & actum, ut Philosophi vocant, secundum exerere, quoties vult, potest. Nec enim, si Christ. Castro lib. III. I. sag. ad Prophetas credimus, prophetia semper intellectui inhaeret, aut eundem ut forma quædam vel habitus perficit, nec ex eodem tanquam subjecto emanat, ut intellectio & omnis conceptus mentis, lumen item ex Sole, ex anima intelligendi & volendi facultas, docilitas item & risibilitas, ex materiâ quantitas, & ex substantia pleraque accidentia: quæ causa etiam est, quod prophetæ non semper, nec quocumque aut qua mensurâ, nec quamdiu ipsi volebant, Spiritum propheticum recipere, sed id Deus faciebat, quâ mensurâ, ubi, quando, & quousque ei placebat. *Sicut in potestate prophetantium non erat semper habere Spiritum sanctum, hoc est, semper futura posse prædicere, sed ipse spiritus eorum corda, quando voluit, implevit: ita etiam potestatis eorum non erat, ut quocumque vellent docerent, sed quæ spiritu illustrati didicerant, ea sola dicebant*, ait venerabilis Beda. Facta igitur est per modum influxus, corruscationis aut irradiationis, quâ mens prophetæ, ut aër per radios solares, aut locus obscurus accedente lampade illuminatur, recedente verò eadem tenebris iterum horrescit. Ideò enim semper novâ revelatione opus erat, cum fungi suo munere vellent, nec semper uno eodemq; tempore omnia intelligebant, & hærebant aliquando, cum divina inspiratio ipsis non adesset, ut aliquoties Theodoretus in I. Reg. q. xxxv. & in IV. Reg. q. XVI. præcipuè autem in II. Reg. q. XXII. adductis Nathanis, Samuelis, Elisæi aliorumq; exemplis probat. Idè confirmat Lutherus, comm. in cap. XLIV. Gen. *Usitato proverbio, ait, apud Theologos dici solet, Spiritus S. non semper tangit corda Prophetarum. Illuminationes propheticæ non sunt continuæ & perpetuæ. Ubi & exemplum Elisæi ad Cytharæ sonitum prophetantis, & Esaiæ adducitur.*

XII. Quam-



xii. Quamvis autem prophetia, uti ostensum, habitus aut qualitas quædam inhærens non sit, negari tamen non potest, manere in prophetis majorem quandam aptitudinem ac dispositionem ad recipiendam novam revelationem. Si enim in naturâ id usu venit, ut cessante fidium impulsu extremæ quædam motiones aliquamdiu perdurent, quo simili Gregor. Nyssenus, seu potius Nemefius cap. xxxi. de Opificio hominis utitur: Aut si aqua igne calefacta facilius ebullit, quàm recens haurita; si denique mens orationibus assueta ardorem devotionis facilius concipit, idem profectò operibus istis gratiæ prorsus extraordinariæ morosè denegari non debet. Quoad tamen prophetas, cum primis propriissimè sic dictos, ratione objecti primarii lumen propheticum per irradiationem accensum porro etiam perdurasse non negamus, unde etiam in munere docendi infallibilitas orta; licet ad alia objecta illud extendere non semper in eorum potestate esset.

xiii. Subjectum Prophetiæ *homines* sunt, non Angeli. Quantumvis enim & hi non quidem eo modo ut nos, sed longè excellentius, quippe quorum etiam intellectus excellentior est nostro, ideoque suæ ipsorum naturæ contemplatione Deum cognoscant, & ex illa Dei visione multa adhuc, quæ ipsos latent, hodie addiscant, & revelationibus etiam Ecclesiæ factis progressu temporis multa hauriant, ut disertè Paullus Eph. i. 10. testatur, *notam feri per Ecclesiam imperiis ac potestatibus, quæ in caelis sunt, multiformem illam sapientiam Dei, ut Incarnationem, aliaq; reparationis nostræ mysteria*: quia tamen Scriptura sacra nullibi eos prophetas vocat, idè quæ eorum de futuris cognitio sit, unde & quomodo eandem habeant, nunc non inquiremus.

xiv. Inter homines autem vocati à Deo extra ordinem ad id munus è quovis loco, ordine, statu, sine ullo discrimine conditionis aut sexus, non docti illi aut potentia & auctoritate humana armati, sed humilis plerique conditionis, pastores, piscatores ac idiotæ, quicq; nec speculativos ullos nec practicos habitus sibi comparaverant, ut ex illiteratis subito tam præstantes Ecclesiæ Doctores existerent. Talis fuit Moses ac David pastores, Elisæus agricola, Amosus pecuarius & sycomoros legens, Jeremias puer & Apostoli plerique



SECTIO II. DE

que rudes prorsus ac imperiti. Ex mulieribus in V.T. sunt Maria foror Moſis Exod. xv. 20. Debora Judic. iv. 4. Nojada Nehem. vi. 14. & Holda II. Reg. xii. 14. In Novo Hanna vidua Luc. 11. 36. & quatuor filie virgines Philippi Diaconi Act. xxi. 9. Hoc enim est quod Paullus I. Cor. 1. 27. dicit, *qua stulta sunt mundo elegit Deus, ut pudes faciat sapientes, & qua sunt infirma mundi elegit Deus, ut pudes fiat valida.* Unde S. Gregor. Hom. xxx. in Evang. *Ecce, ait, David, Amos, Daniele, Petrum, Paullum, Mattheum intueor, & Sanctus iste spiritus, qualis sit artifex, considerare volo, sed in ipsa mea consideratione deficio. Implet namque citharadum puerum, & psalmistam facit. Implet pastorem armentarium sycamoros vellitantem, & prophetam facit. Implet abstinentem puerum, & judicem senum facit. Implet piscatorem & predicatorem facit. Implet persecutorem & Doctorem gentium facit. Implet publicanum & Evangelistam facit. O qualis est artifex iste spiritus! nulla ad discendum mora agitur, in omne quod voluerit. Mox eluerit. Mox enim, ut tetigerit mentem docet, solumq; tetigisse docuisse est. Nam humanum animum subito ut illustrat immutat: abnegat hoc repente quod erat, & habet repente, quod non erat.*

xv. Uti vero ingenium & preclaræ artes in pessimis etiam aliquando reperuntur; neque enim necessariò boni mores virtutesq; eruditionem comitantur: ita etiam illi sapè à Deo ad tam excellentis munus evocati, qui lubrici suæ, quam rectæ rationi ac verbo DEI magis obsecundant, & vitiis defecatum animum gerunt; ut de Saule constat. Idem sed adhuc manifestius in Bileamo patet, & ita quidem ut Apostolus Judas v. 11. maleficum eum fuisse attestetur. Ambrosius quoque lib. vi. Epist. xxxvi. Greg. Nyssen. l. de vita Moſis, Cyrill. l. vi de Orat. August. q. xlviii. in Num. Theodore. q. xi. Diaboli Prophetam dicant. *Mirandum enim non est homini reprobo datam fuisse ad momentum temporis affecta transitorio prophetiam, quando ille dederat, qui & asinam quando voluit loqui fecit, ait August. lib. ii. ad Simplic. q. i. Ubi tamen tria notanda sunt. Primum, distinguendum esse inter dona gratiæ Spiritus S. ministrantia & sanctificantia, ex quibus hæc re nata tantum propria sunt & perpetua, illa etiam in impiis esse & in apostatis permanere possunt, ut & singulares heroici motus etiam apud gentiles.*

illi



Illi enim ad gratiæ opera non spectant; sed sunt extraordinarii generalis Providentiæ effectus. Miracula, aliæq; Ecclesiastica ministeria, ut talia, salvare possidentem non possunt. Nec etiam ista priora semper conjuncta sunt, siquidem ubi in intellectu mutatio est, in voluntate quoque eandem fieri non semper necessum est. Deinde & id observandum, non statim prophetam esse, qui abdita novit. Causa hæc est; quia ad omnem prophetiam duo semper necessaria sunt, ut observat Thomas II. secundæ q. CLXXI. art. II. Ex parte quidem rei seu objecti, similitudo aut species representans res abstrusas: Ex parte verò intellectûs, lumen propheticum, quo elevatur iste ac illustratur, ut cognoscat ea, quæ representantur. Ex quibus lumen propheticum aut solum verum prophetam facit, ut in Josepho ac Daniele patet, qui ipsi visiones non habebant, aptè tamen de illis judicare poterant: aut cum imaginibus ac speciebus conjunctum, ut de plerisque aliis constat. Cæteri qui visiones quidem habuerunt, ut Pharaon, Nabuchodonosor & Balthasar, Prophetæ, non sunt, quòd vero illo lumine destituantur. *Tantum distat inter prophetiam Prophetarum, sicut Jesaias, Jeremias & cæteri omnes fuerunt, atque istam transitoriam, quæ in Saul apparuit, quantum distat inter loquelam humanam & asinæ Bileam, accepit enim hoc ad tempus illud jumentum, idem August. loc. cit. ait.* Tertiò observetur, non confundendum esse vitium Prophetæ cum Prophetia ipsa; hæc enim non inficitur, etsi ille animo ac cupiditatibus suis indulgeat: nec enim Deus aut Sol, cum rebus sordidis præsentibus, ab iisdem inquinantur.

XVI. Magna tamen differentia inter eos fuit, tum ratione graduum, tum modi. Et Mosis quidem tam spectata fuit inspiratio, ut Deus ipse certam fidem & testimonium ei reddat, atque omnibus cæteris, qui vel fuerant aliquando, vel tum vivebant, longè anteponat Num. XII. 6. 7. 8. *Sic est Prophetæ ex vobis, per visionem meipsum Jehovam notum facio ei, aut per somnium alloquor eum. Non sic servus meus Mose, qui est in tota domo mea fidelis. In os alloquor eum, aded ut speciem similitudinis, Jehovah intueatur, ac non per anigmata.* Ipse præ multis aliis hominibus divinis profusus miraculis & incredibili sanctitate coruscabat, & quotidianis



dianis Dei colloquiis perfruebatur, dicitur ipsi Deus locutus facie ad faciem, & quidem tam familiariter, quam in hac vita amicus amico Exod. xxxiii. 11. Supra alios etiam hoc habuit, quod pro lubitu ingredi Sanctuarium, quoties liberet, posset, cum Sacerdos summus non nisi semel quotannis, idq; singulari cum variarum ceremoniarum apparatu, faceret. Atque hinc peculiariter & Anatomastice Hof. xii. 14. Propheta dicitur, nec similis post eum surrexit usque ad adventum Christi, ut expressè Deut xxxiv. 10. dicitur: *Non surrexit Propheta prater eum in Israele par Mose, quem cognoverit Jehova in os.* Non tantum autem inter Mosen & reliquos Prophetas certi gradus sunt quoad δωροχην donorum, mensuram gratia, & ubertatem Spiritus S. sed & inter Apostolos ipsos invicem, maximè tamen inter Apostolos & ceteros Doctores. Tantum enim lumen in Apostolis fuit, ut hoc cum reliquorum Doctorum ne comparari quidem posset. Petrum etiam aliquando occultasse lumen sub modo, tempore trinæ abnegationis & simulationis cum Judæis, non quidem errando in doctrina, sed tamen in praxi doctrinæ ex Gal. ii. 11. constat.

xvii. Quemadmodum verò in gradibus non levis differentia extitit, ita longè major adhuc in modo est. Constat enim Deum πολυμερῶς ἔ πολυτρόπως multis vicibus multisq; modis olim locutum patribus in Prophetis. Ut autem de ordinario modo per Urim & Thummim nihil nunc dicam, patres plerique, tam Græci quam Latini, triplicem speciem constituunt, Corporalem, Imaginariam & Intellectualem, quarum illam Græci Theologi, ut Heinsius in Aristarcho notat καὶ Φαντασίαν vocant, eamq; duplicem dicunt, ἡμῶς ἐμνήν τε ἔ τὴν καὶ νύκτα nocturnam ac diurnam: Istam κατ' ὄψιν, cum aliquid representationis causâ in oculos incurrit, hanc deniq; κατ' ἑωστώπων τε ἡγεμονικῶς τοῖς μέλλουσιν ὡς τοῖς παρῶσι συγχομένης cum mens prophetarum ab humana sorte prius expurgata res futuras ut presentes quasi oculis usurpat. Ex patribus Latinis discrimen illud Augustinus tradit lib. xii. de Gen. ad lit. cap. xxv. quem plures alii sequuntur, Thomas part. i. q. lxxviii. art. 4. Isidor. lib. vii. cap. 11x. Alph. Tostat. q. ii. super lib. 111. Reg. cap. 1x. & Scholastici pleriq;

xviii. Cor.



xviii. *Corporalem* modum dicunt, non idè quod non pertingat ad intellectum, sed quia primariò sit per sensibilem aliquam repræsentationem ac imagines sensibus corporeis objectas, ex quibus conceptus mentis nascitur, ideoque & vigilantibus tantùm exhiberi asserunt. Sunt autem imagines illæ externæ 1. Mutæ, ut columna nubis & ignis Exod. xiv. 20. retrogradatio umbræ in solario Ezechiaë Esa. xxxviii. 8. sortes divinatoriæ 1. Sam. xiv. 41. Act. i. 26. visio item manus scribentis in pariete Dan. v. 5. vellus Gedeonis Judic. vi. 37. astra Magis exhibitæ Matth. ii. 9. Visio Stephani Actor. vii. 56. 11. Vocales, quæ se auribus offerebant, sine objectis externis visibilibus per voces à Deo formatas, ut in legis promulgatione Exod. xx. 18. Item Matt. iii. 17. Joh. xii. 28. 1. Sam. iii. 4. 6. 8. 10. seqq. 11. Denique mixtæ, quæ conjunctim oculos & aures afficiunt, ut factum in apparitione rubi ardentis conjuncta cum voce Exod. iii. 4. cujus exempla plura in Scripturis reperiuntur, ut videre licet in Historia Abrahami, Gideonis, Jesuæ, Manuæ, Danielis, Zachariæ, Mariæ, Philippi, Petri aliorumque, ubi Deus vel Angelorum ministerio usus est, vel ipse per se apparuit.

xix. Nec enim semper Deus mediatè per causas secundas & ministros, sed aliquando etiam immeditatè & per se agit, ut frustra Pontificii, quique eos hinc sequuntur, asserant, nunquam Deum in V. T. *αὐτὸν ἐροῦντας* & immeditatè apparuisse, neque corpora, quibus se manifestabat, movisse immeditatè & per se, sed semper ministerio Angelorum. Argumentum eorum præcipuum hoc est. Ubi Deus apparuisse dicitur, aut homines allocutus, id alibi in Scriptura per Angelos factum dici. Sic cum Deus apparuit Mosi in rubo Exod. iii. 2. seqq; populum Israelis ex Ægypto educturum pollicerur v. 8. id Stephanum de Angelis exponere Actorum vii. 30. Item cum Deus legem suam in monte Sinai promulgavit Exod. xix. 20. eundem Stephanum in dispositione Angelorum id factum asserere v. 53. qui item Gen. xxxii. 24. dicitur Deus, ab Hofea xii. 4. Angelum appellari. Si dicas, Angelos illos adoratos legi, tribui ipsis nomen Jehova essentialè, soliq; Deo proprium, opera item & attributa divina; respondent, fuisse quidem eos naturâ Angelos, sed *representativè & auctoritativè* Deum, ideoque non rejecisse divinos

F

hono-



honores quod Patres illi Sancti non angelos ipsos, sed Dei majestatem, cujus illi tum personam sustinebant, in illis reverentur.

xx. Mitum autem profectò est ita id asserere Pontificios & omni conatu contra Scripturam tueti, ut non videant, si admittatur talis representatio, qua non solus Deus, sed Sancti etiam Angeli ac aliæ creaturæ nomen Dei, cultum, opera & attributa divina arrogare sibi possunt, non tantum labefactari sed profus everti pleraque argumenta, quibus nobiscum contra Photinianos divinitatem Filii Dei assertum eunt. Si enim conceditur non solum Deum, sed Angelos quoque & Sanctos religiosè invocari, & divino cultu affici, quomodo Christus idèo verus Deus est, quia ita colitur? Eadem enim semper manet elabendi rima, tribui Christo talia, non quod naturâ Deus sit, sed quod representent personam divinam, quod ipsum quoque Photiniani Catech. Racov. p. 79. Socin. Miscell. p. 267. 268. 269. seq. Item cap. i. Resp. contra Bell. & Wick. p. 22. & cap. III. p. 59. & passim urgent. Nec tollitur difficultas distinctione vocum *λατρείας* & *θελαίας*; idololatra enim sunt, *que servant eis, qui naturâ non sunt Dei*, Gal. iv. 8 sive id fiat per *λατρείας* sive per *θελαίας*, sive ille cultus in Angelis terminetur, sive ad Deum ipsum ultimò tendat, sive illis per se & primariò exhibeatur, sive idèo id fiat, quod Deum representent, nisi quis absurdè statueret velit etiam Solem, Lunam, aliaque citra idololatriam & adorata olim ab Ethnicis, & adhuc coli rectè ac venerari posse. Sed fac, Angelis idèo divinum honorem, ac reverentiam exhiberi quod Deum representent, hac ipsa tamen responsione Angelorum invocationem profus evertunt. Agnoscunt enim ultrò angelos ea suscepisse non suo, sed Dei nomine, quem representabant, unde & iste cultus, non Angelis debebatur, sed Deo, cujus vices tum gerebant. Tàm absurda itaque hæc sententia est, ut semetipsam destruat ac planè everrat. Falsum autem est Angelis divinos honores tribui posse, etsi legati Dei sint, eumque representent. Nec enim eousque extendendum est officium legatorum, ut promiscuè omnia sibi tribuant, quæ ad regiam dignitatem pertinent, etsi eorum nomine legatione fungantur, non admittunt nomen, coronam, diadema aut similia, nec ad osculum, amplexum aut thorum ad-

mittun-



mittuntur, cum Regis sponsam adeunt. Ita nec Dei attributa usurpari à legatis sine lætæ majestatis crimine possunt. Nihilominus tamen hanc sententiam Pontificii tam cupidè amplectuntur, ut tanquam pro aris & focis pro eâ dimicent, præcipuè Jesuitæ Pererius in Gen. xix. Disp. v. Et in cap. xxxii. Disp. i. & iv. In Exod. i. i. Disp. vx. Nicol. Serarius in Jos. lib. iv. cap. v. q. xl.

xxi. Cæterum sententiam illam falsam esse, quocunq; modo explicetur, tripliciter demonstrari potest. Primò quidem, si ex Scriptura ostendatur omninò Deum quædam facere angelorum ministerio, ut cum per eos dicitur lex ordinata Gal. iii. 19. Conceptio Christi, natiuitas item & resurrectio annunciata Luc. i. 31. cap. ii. 10. Marc. xvi. 6. Angelum delevisse castra Assyriorum Hiskiam oppugnantium ii Reg. xix. 35. eduxisse Petrum è carcere Act. xii. 7. occlusisse os leonum in fovea Dan. vi. 23. Nihilominus tamen aliquando ipsum illum profusè immediatè & sine causis secundis operari. Certè cum Jacobus angelos Dei ascendentes ac descendentes per scalam in somno vidit, Deum autè stantem supra eam Gen. xxix. 12. Esaias etiam insidentem solio & angelos invicem acclamantes cap. vi. 1. 2. tam expressè Deus ab Angelis distinguitur, ut manifestius non possit. Sic in Jordane Spiritus S. immediatè super Christum descendit in specie columbæ Matth. iii. 16. quod & de aliis Dei visionibus Stephano, Paulo, Petro exhibitis, dici potest. Hæc ex Scripturis constant.

xxii. Deinde ex antiquitate idem patet, quæ à primis Ecclesiæ seculis Irenæus, Tertullianus, Hilari. Ambros. Philastrius, Chrysof. August. & reliqui præstantissimi Doctores idem semper statuerunt, ut adversarii ultrò & libenter fatentur. Ita & Theodoretus cum in planitie Mamræ Deus Abrahæ apparuisse dicitur, inde & Angelos & eorum Dominum visos corpora habere probat, q. lxxviii. in Genesin. Idque adeò pro re certâ & exploratâ Theodosius Imperator, Theodoro to integro fermè seculo antiquior, habuit, ut ad Macarium Hierosolymitanum, Eusebium, & reliquos Palæstinæ Episcopos scriberet, ipsisq; injungeret, ut templis idolorum, quæ ibi ædificata erant, dirutis, eorum loco uni & summo rerum Domino, *quicum duobus angelis seipsum clementer ac benigne Abrahamo ostenderat*, quàm magnificentissimè & pulcherrimè



rimè templum extruerent, ut dignus sanctis viris confessus deinceps  
 existeret, apud Euseb. in vita Constant. Magui lib. iii. cap. L. & LI. Iis-  
 dem documentis cum magnâ confidentiâ Synodus Sirmiensis à  
 Constantio imperatore contra Photinum Anno Christi cccxvi. coa-  
 cta id asserit. Etsi autem ea, ut & Ephesina postea Anno Christi  
 cccclix. præside Dioscuro habita, λησευμένη dicta fuerit, eò quod  
 Hosius, vir præstantissimus, quiq; Concilio Niceno interfuerat, ut  
 non obscurè indicat Euseb. l. iii. de vita Constant. M. c. vii. & So-  
 erat. lib. i. Histor. c. v. & forte etiam alii, tùm minis tùm verberibus  
 adacti, ut decretis subscriberent, nihilominus tamen etiam tum hæc  
 sententia retenta fuit, non tantùm mediatè, sed & immediatè ali-  
 quando Deum apparuisse. Decretum ipsùm apud Socratem extat  
 lib. ii. Hist. c. v. *Si quis cum Jacob non filium tanquam hominem lucta-  
 rum esse, sed Deum ingenitum, aut patrem ipsius affirmarit, anathema esto.*  
 Ex quo loco idem Theodoretus q. xci. in Gen. duobus argumentis  
 probat ipsum unigenitum Dei filium apparuisse, tùm quod disertis  
 verbis Deus dicatur, tùm etiam quod benedictionem ab eo petierit.  
 Unde concludit tandem: *Per hæc omnia docemur, quod ὁμοῦς ἑὸς  
 ἐστὶν Θεὸς καὶ ἀναγὰς τοῦ Ἰακώβ unigenitus Dei filius apparuit etiam hic  
 Jacob.*

xxiii. Quod quidem tam certum est, ut non pauci ex adversa-  
 riis idem apertè doceant. Et primò quidem Alphonf. Salmero  
 comment. in 1. Cor. x. Disp. xvii. credendum esse dicit, *Angelum qui  
 præibat Israelitis, & Mosi primò visum Exod. 3. & 4. & sæpè Jehova voca-  
 tur, fuisse Christum.* Andreas autem Masius in Jos. v. p. 95. mul-  
 tis argumentis hanc sententiam asseruit, & contrariam præclare ad-  
 modùm confutat. Nec aliter sentit Bellarm. qui cum lib. ii. de  
 Imag. sanct. cap. viii. in eo esset, ut Deum rectè pingi posse, con-  
 tra Calvinum demonstraret, id ita facit, ut Deum Corporeâ specie  
 visum multis exemplis ostendat. *Deus visus est corporea specie, inquit,  
 nam Ade apparuit tanquam homo deambulans in Paradiso ad auram  
 post meridiem Gen. 3. Jacob vidit Deum innixum summitati scæle, & pro-  
 inde forma corporea Gen. 28. Moses vidit posteriora Dei, id est, ter-  
 ga & humeros Exod. 33. Isaias cap. 6. & Micheas 3. Reg. ult. viderunt  
 Dominum sedentem in solio ad formam hominis regis. Et Amos cap. 9.  
 vidit Dominum stantem super altare.* Denique Daniel cap. 7. vidit  
 curia



eum sedentem in throno, & describit caput, & capillos ejus canos, & vestimenta ejus alba. Spiritus Sanctus apparuit in forma columbæ Mat. 3. Et cum Calvinus regeret, quod Deus aliquando se manifestaverit in forma humana, id fuisse præludium incarnationis, respondet, id semper verum non esse: nam interdum, inquit, apparuit Deus Pater vel Spiritus Sanctus, qui tamen incarnandi non erant. Rogerus etiam Widringtonus, Deum vel per se immediatè, vel per Angelos & Sanctos apparere posse indubitatum esse asserit Disput. Theol. de Juram. fidelit. cap. x. sect. v. n. 25. Delrio item lib. iv. Disquisit. Magic. Cap. 1. quæst. 1. Et quos primo loco nominare debebam Dionys. Areopag. de cœlesti hierarch. cap. iv. & S. Thomas II. secundæ q. clxxii. II. aliq;

xxiv. Ad argumenta contraria facilè respondetur. Ad primum enim dicitur, etiam Filium Dei Angelum appellari, Angelum fœderis Malach. iii. 1. *αγγελος θεου αγγελος* Esa. ix. 6. in LXX. versione, *magni consilii angelum, Angelum faciei* Esa. lxiii. 9. interim tamen naturam angelicam seu creatum angelum nec unquam dici, nec esse, sed ita tantùm appellari, quod imitaretur modum & rationem, quâ Angeli hominibus apparebant. Nec majoris momenti alterum argumentum est, quod addunt, non videri decere majestatem divinam, ut immediatè per seipsam actiones illas perficiat, quarum agendarum vim & facultatem creaturis indidit. Stultum enim est majestatem Dei hominum cerebro æstimare, & quid eandem deceat aut dedecet, inde deducere, quod impudens commentum toto Evangelio, præcipuè opere incarnationis apertè confutatur. Atque hic primus modus est.

xxv. Alter modus *imaginarius* est, cum sensui interno aut phantasiæ repræsentatur aliquid, quod alioqui homo non erat apprehensurus, quod fit vel novas species phantasiæ imprimendo & lumen novum infundendo, ut si cæco nato inderentur species colorum, aut homini illiterato variarum rerum scientiæ: Vel præ-existentes immutando, agitando, componendo aut dividendo, & lumine novo collustrando. Talis visio Jeremiæ facta est, cum juberetur sibi comparare cingulum & abscondere ad Euphraten Jer. xlii. 1. 4. quod aliter fieri non potuit, Hierosolymâ à Chaldæis jam



obsessa, egressusq; ac ingressu in urbem intercluso. Sic quæ cap. xx. 4. de oculis & auribus dicuntur, non de corporeis sensibus, sed animi intentione ac mentis acie sunt accipienda. Ita Ezechieli ostensa gloria Dei cap. 111. 8 & templi novi constructio c. xl. 2. seqq. Danieli item statua magna cap. 11. 19. Monarchiæ cap. v. 11. 2. seqq. myriades Angelorum, forma iudicii & libri aperti v. 10. varia animalia cap. viii. 3. seqq. Zachariæ quoq; equi rufi cap. 1. 8 quatuor cornua v. 18. funiculus mensurius cap. 11. 1. lychnuchus aureus, lucernæ, oleæ duæ cap. 1v. 2. 3. volumen volans longitudine viginti cubitorum, & latitudine decem cubitorum, cap. v. 2. duæ mulieres habentes ventum in alis v. 9. quatuor currus & montes chalybei cap. vi. 1. & similia. Ita & Micheas vidit *Jehovam insidentem solo suo. Et rotum exercitum caeli astantem ei, à dextera ejus. Et à sinistra ejus, atque Israelitas dispersos per montes, ut oves quibus non est pastor* 1. Reg. xxii. 17. 19. Verisimile quoque est pleraque hoc modo Johanni in Apocalypsi fuisse revelata: nec obscure id innuitur, cum ipse Johannes cap. 1. 10. 12. se spiritu correptum, & vocem audivisse dicit.

xxvi. Contigit autem non tantum vigilantibus, sed sæpè etiam dormientibus atque in somnis. *Per somnium enim, visionem nocturnam, cum irruit alius sopor in homines in dormitationibus super cubito, tunc Deus revelat auri hominum. Et eruditionem eorum obsequat, ait Elihu in Historia Jobi cap. xxxiii. 15. 16.* Deus ipse in V. T. vel per visionem vel per somnium se homines alloqui testatur Num. xii. 6 & varias species imprimere, per quas mentem Dei æquè firmiter perciperent, ac si vigilantes oculis suis conspexissent. Erant autem illæ iterum vel Mutæ, ut ex vaccis & spicis Pharaonis liquet Exod. xli. 2. Aliquando Vocales, in apparitionibus Abrahami & Abimelechi Gen. xx. 3. Josephi item Matth. 1. 20. & Magorum cap. 1. 12. Mixtæ denique, in scala Jacobi Gen. xxix. 12. in visione Pauli Act. xvi. 9. atque alibi. Quare audiendus Aristoteles non est, lib. de divinat. per somni qui somnia à Deo immitti negat. *Quia, inquit, oporteret ea immitti viris optimis & sapientissimis. At indè feriatim abjectissimis hominibus, & de fece vulgi obveniunt.* Quali verò Deo liberum non sit eligere, quos velit. Uti enim à voluntate ejus est, quod bonitatem suam aliis communicat, ita id etiam voluntatis



tis ipsius est, quod liberè potentes impotentes, doctos indoctos, sapientissimos, abjectissimos & de fece vulgi, summos denique, infimos, medioceros adhibeat, id enim in ipsius manu positum est.

xxvii. Ultimus denique modus *Intellectualis* est, qui non ducit originem à sensu aut imaginatione, sed oritur immediatè à lumine intellectui affuso, quatenus species intellectuales vel prorsus novæ, vel præexistentes quidem, sed elevatæ tamen ac supernaturali lumine collustratæ intellectui nostro representantur. Contingit autem & hic duobus modis. 1. quando intellectui sic aliquid representatur, ut sine operatione phantasiæ id concipi ab homine possit, qui modus rarus est, & propemodum sine exemplo, ideoque quomodo id fiat vix explicari perspicuè potest. Quod enim de Davide Lyranus dicit, *ipsum non in visionibus imaginariis, ut reliqui prophetae veritatem sibi revelatam vidisse, sed per intellectum sine talibus imaginibus*, id oppidò incertum est. S. quidem Augustinus lib. xii. de Gen. ad lit. cap. xxvii. & xxviii. Thomas p. i. q. xii art. xi. Item 1. secundæ q. cxxxv. art. 111. de Mose & Paulo affirmant, ipsos illos hoc modo Dei essentiam cognovisse, præcipuè cum de Mose dicatur eum facie ad faciem Deum vidisse h. e. ut ipsi explicant, intuitivè & per essentiam. De Paulo autem, quod raptus fuerit in tertium cælum, quod visionem tam claram denotat, ut beati in altera vita Deum vident. Cum autem Dei essentia maximum intelligibile sit, ideo totos illos ita occupasse, ut nec ulli alii objecto, nec operationi alii vacare potuerint. Verum enim verò cum cognitio nostra in hac vita tanquam in speculo & ænigmate fiat, *ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus, postquam autem advenerit quod perfectum est, tunc quod est aliquatenus, ut inutile tolletur*, Paulus ait 1. Cor. xiii. 9. 10. Et iterum: *Cernimus nunc per speculum & per ænigmata, tunc autem coram cernemus: nunc novi aliquatenus, tunc verò amplius cognoscam prout amplius edoctus fuero* v. 12. Moses quoque non tam Deum ipsum, quam posteriora ejus tantum vidisse dicatur Exod. xxxiii. 23. Pauli etiam raptus non visionem Dei per essentiam, sed excellentem tantum *δοτικὸν ἀλοφισ* & revelationem notat, ipse denique S. Johannes expressè asserat, *non enim Deum unquam vidisse* cap.



cap. 1. 18. rectius dicitur, illam cognitionem in hac vita non nisi obtingere. II. quando phantasia intellectui cooperatur, non quidem intellectu primam à phantasiâ moro, sed phantasiâ ipsâ excitatâ ab intellectu, ut secum operetur & concurrat, suspenso interim exercitio & sensitivæ facultatis & locomotivæ. Exemplum e videns est in raptu Pauli Apostoli in tertium cœlum. II. Cor. XII. 2 seqq. Augustinus tamen lib. XII. de Gen. ad lit. cap. IX. melius esse putat, si quis utraque visione polleat. *Maximè, inquit, Propheta est, qui utroque præcellit, ut videat scilicet Spiritu corporalium rerum similitudines, & eas, vivacitate mentis intelligat, ut Daniel vidit somnium & solutionem ejus; & minus propheta est, imò non propheta, qui videt tantum rerum imagines, ut Pharaon & Nabuchodonosor, & maximè propheta est, qui Spiritu videt eas imagines: sed maximè, ut dixi, qui utroque præcellit.* Tantum de triplici modo revelationis: nunc de Materia dicemus.

XXVIII. Sunt itaque *Objectum* seu *Materia* prophetiæ res arcana naturali rationi prorsus impervestigabiles: non quod res omnes in se tales sint, & captum rationis nostræ ita transcendant, ut naturæ ductu indagari non possint, sed quod hac vel illâ ratione, hoc vel illo tempore id fieri nequeat. Sunt autem in triplici differentiâ, ut in Disputatione de Revelatione divinâ Anno MDCXXIX. habita, thes. XII explicat Venerandus Dn. Præses, Vir excellentissimus, atque de nobis ita meritis, ut quicquid dixerò, id omne minus fuerit. Primò igitur quædam ita superant intellectum, ut non tantum naturaliter indagari non possint, sed etiam sapientissimis ac doctissimis quandoque incredibilia, & stulta prorsus appareant, qualia sunt pleraque mysteria fidei, SS. Trinitatis, Incarnatio Filii Dei, Redemptio generis humani, Conversio gentiû, Institutio Sacramentorum, Prædestinatio & reprobatio hominum, & similia, quæ non tantum ignota sunt rationi, sed longè etiam aliter comparata, quàm ipsa judicat, imò eidem manifestè adversari videntur. Cognoscuntur autem tum per revelationem immediatè paucis factam, tum per fidem, ita tamen, ut superna lux identidem affulgere debeat. Deinde quædam ratione objecti cognosci nequeunt, ut sunt futura contingentia. Quod autem ea certò & infallibiliter præsciri non possint, inde patet, quia nec in se, nec in suis



suis caussis existunt. Nam ad omnem cognitionem id requiritur,  
 ut cognoscibilia, ita ut sunt, intellectui represententur, quæ autem  
 nondum existunt, sed demum futura sunt, representari potentia  
 cognoscenti, adeoque perfectè cognosci non possunt. Hinc eorum  
 scientiam Scriptura soli Deo tribuit, cujus intellectus, ut infinitè  
 perfectior est omni intellectu creato, ita infinitè quoque plura  
 quàm ille, & modo infinitè excellentiori cognoscit. Denique &  
 multa alia in rebus humanis sunt, quæ humana ope cognosci & in  
 lucem erui possunt, si quis necessariis eam ad rem adminiculis in-  
 structus fuerit. Ita cogitationes hominum per consiliorum expi-  
 scationem, & absentia per literas, præterita item per traditionem  
 & historiã innotescunt. Sed sine adminiculis debitis ea scire, so-  
 lius cognitionis divinæ est, ut cum Elifæus sciret, quæ cum Na-  
 mane Syro Giesi pactus fuerat II. Reg. v. 26. & Petrus, quod inter  
 Ananiam & Sapphiram convenerat Act. v. 1. aut quæ Moses de  
 creatione mundi, & rebus, quæ diu ante acciderant, & longã tra-  
 ditione fermè obliteratæ erant, scribebat.

. . . . . xxix. . . . . Finis denique geminus est, unus communis, manifesta-  
 tio gloriæ ac bonitatis divinæ. Alter particularis, bonum scilicet, ac  
 ædificatio Ecclesiæ Dei. Nec enim ideò illapsa Prophetarum men-  
 tibus cœlestis illa lux, ut privatim sibi solis haberent, sed quem ad-  
 modum Apostolo Evangelizandi necessitas fuit imposita, & tanta  
 quidem, ut vix sibi ipse denunciaret, si officium negligeret I. Cor. ix.  
 16. ita non minus prophetis prophetandi, ut expressè Deus ipse ait:  
*Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israelis, ut audias ex ore meo ver-  
 bum, & admones eos à me. Cum dixero improbo, utique moriturus  
 es, tu autem non admonueris eum, neque allocutus fueris, ut admoneras  
 improbum revocans à viâ ejus improbissimã, ut serves eum, iste impro-  
 bus in sua iniquitate morietur, sed sanguinem ejus è manu tua repositu-  
 rus sum, Ezech. iii. 2. 3. Rectè Hieronymus in cap. iv. ad Ephes.  
 Si quis non ædificat Ecclesiam Christi, nec plebem subiectam instruit, ut  
 Christi Ecclesia construatur, iste nec Apostolus nec Propheta est appellan-  
 dus. Nomen ipsum denique Prophetarum non nudam scien-  
 tiam, sed ejusdem communicationem præ-*

supponit.

G

SECTIO



SECTIO III.  
DE PROPHETIIS NOVIS CIRCA  
FIDEI ARTICULOS.

## I.

**H**Actenus de Natura Prophetiæ in genere egimus, qualis Apostolis olim ac Prophetis contigit, quæ doctrina eò pluribus exponenda fuit, non ideò tantùm, quod sequentibus fundamentum substruenda erat, sed etiam quia hinc maxima totius rei cognitio dependet. Reliquum nunc est, ut ad nostrâ quoq; tempora accedamus, & quid de iis prophetiis sentiendum, quæ hodie afferuntur à quibusdam magno conatu, & tanquam divinæ ac prorsus infallibiles defenduntur, indicemus; an item & quales revelationes tum circa articulos fidei, tum circa res contingentes ac futuras hodie expectandæ sint, disquiramus, quod ut distinctè fiat, primò de articulis fidei agemus, & post ad cætera veniemus.

ii. Ubi ante omnia supponendum est, unicum ut totius Theologiæ, ita omnium omnino articulorum fidei principium & fundamentum, ex quo solo hauriatur universa de Deo doctrina, esse verbum Dei seu revelationem divinam, olim Prophetis & Apostolis factam, nec quicquam aut credendum esse aut faciendum, nisi quod Deus ipse in Scripturis præcipiat. Atque hæc Augustanæ Confessionis, omniumque eandem sincerè profitentium constans ac perpetua sententia est. *Ut fidem consequamur, institutum est ministerium docendi Evangelii, & porrigendi Sacramenta. Nam per verbum & Sacramenta, tanquam per instrumenta, donatur Spiritus Sanctus, qui fidem efficit, ubi & quando visum est Deo, in iis qui audiunt Evangelium, Augustana Confessio, Artic. v. ait, nec quisquam ex Pontificiis tum temporis aliter sentiebat, quin contra Carolus Cæsar, principesq; Catholici omnes tam præclarum testimonium ei reddebant, ut totum articulum comprobari disertis verbis dicerent; In articulo quinto, ajunt, quod Spiritus Sanctus per verba & sacramenta detur tanquam per instrumenta, comprobatur. Sic enim scri-*



ptum habetur Act. 10. Adhuc loquente Petro verba hac, cecidit Spiritus S. super omnes, qui audierunt verbum. Et Job. 1. Hic est, qui baptizat in Spiritu Sancto. Idem postea repetit Augustus Elector, Excellentis memoriae Princeps, Constitut. Ecclesiast. tit. von den Schulentz gemein. Es ist bey allen rechtverständigen kein zweiffel / inquit, das ohne gottfürchtige / weise / rechtschaffene gelärte / geschickte vnd wohl-erfarne Männer / das heilige Predigamt / weltliche Obrigkeit vnd derselben vnterschiedene Empfter / wie auch die Haushaltung / in die länge nicht in guter löblicher Ordnung erhalten werden können. Welche aber nicht wunderbarer weise vom Himmel also gegeben / wie an den heiligen Pfingstag geschehen / da auß den vnverständigen Jüngern Christi in einem Augenblick gelärte Männer promoviret, die aller sprachen Erkänntniß vnter der Sonnen / wie auch den rechten eigentlichen Verstande heiliger Prophetischer Schrift / erlangt / Sondern es müssen durch ordentliche vnd von GOTT gegebene Mittel der Schulen / erstliche viel Jahr erst die Ingenia mit grosser Mühe vnd arbeit abgerichtet vnd erzogen werden / welche der Allmächtige vor andern mit zuneigung vnd geschicklichkeit zu den studiren begabet / das mit der Zeit aus ihuen weise / gelärte / verständige Männer gezogen / welche alsdenn der Kirchen Gottes nützlich dienen / vnd zu den Regimenten gebraucht werden mögen Ut monstri in star sit, quod hodie Bellarminus lib. 1. de Verbo DEI cap. III. Lutheranos non tantum cum Schwengfeldianis & Libertinis jungat, sed & communes objectiones invicem habere dicat.

111. Cum autem dupliciter aliquid dicatur manifestari, uno modo per naturam, qualis revelatio in ipsa creatione Adamo indita fuit, & nunc hodie hominibus in ipso ortu suo inferitur. Altero modo per novam peculiariter superadditam revelationem, Prophetis & Apostolis olim factam, hinc non tam naturalis & congenita, quam illa altera proprie intelligitur. Etsi enim utraque, tam ea, quæ ex lumine & principiis naturalibus deducitur, quam quæ ex supernaturali & cœlesti luce hauritur, verissima sit, ut expressè etiam Apostolus testatur Rom. 1. 19. *Id quod de Deo cognosci potest, manifestum est in ipsis: Deus enim eis manifestum fecit.* Etsi item utraque tam certa sit, ut firmam scientiam in animo hominis



per se gignere possit, longè tamen major hæc est, imò alterius ferè generis scientia, cum Deo ipsi, qui summa veritas est, innitatur, collata etiam cum naturali, non tantùm excellentior est, & multò accuratior, sed etiam longè plura Christianæ fidei dogmata proponit: hæc autem imperfecta planè est, mutila & manca, adeò quidem, ut eo respectu Apostolus Ethnicos, etsi naturali Dei notitia destituti non essent, *absque Deo in mundo fuisse Eph. 11. 12. & v. 8. tenebras dicat.* Quare etiam improprie & abusive revelatio dicitur, illa autem proprie & frequentius 11. Cor. xii. 1, 7. Gal. 1. 12. nec ex hac, sed illà ordinariè hodie fidei dogmata & religionis nostræ articuli modis mediisq; ordinariis unice sunt arcessendi.

IV. Ostenditur autem id non tantùm ex Scriptura S. verùm etiam ex antiquitate, & ipsorum plerorumque adversariorum testimonio. Et sanè si Scripturæ Sacræ auctoritate stetur, totum negotium confectum videri poterit. Illa ipsa enim singulis ferme libris nihil aliud non tam asserit, quàm clamar, tantam ingenii humani imbecillitatem ac caliginem esse in rebus divinis, ut luminis naturali error admisceri facile possit, nisi supernaturale accesserit, imò ut post lapsum cultum Deo placentem scire ex se nullo modo possit. Nec contra tamen ullam novam fidei doctrinam, aut qua hæc contineatur revelationem post Evangelium expectandam, nedum novus Propheta ullus venerit, aut venire potuerit. Triplicis autem generis argumenta inde depromemus.

V. Et primò quidem cum Scriptura Sacra nusquam id asserat, quin contra potius à naturali luce & nova revelatione dehorteatur, in genere ita argumentamur: Quod Scriptura circa fidei articulos non docet, id asserendum non est; quod enim non asserit, ac permittit, id prohibet. Sed naturali ratione, aut nova aliqua revelatione niti posse Scriptura non docet: Ergò id asserendum non est. Bellarminus quidem rejicit hunc argumentandi modum lib. 1. de Missa cap. xxiv. Resp. ad 2. argum. *Etiamsi Evangelistæ, inquit, non expresse dixerint, Christum se Patri in cœna obtulisse, tamen neque expresse dixerunt, non se obtulisse &c.* Quare, si Lutherus ab exemplo Christi probare cupit, Missam non esse sacrificium, certum ali-

quod.



quod testimonium afferat, ubi legamus, Christum non se obtulisse in cena, nam illa argumenta negativa, Non habetur in Scriptura, ergo non est factum, jam ipsis etiam pueris ridicula sunt. Ubi non urgebo, quam absurda & Sophistica sit exceptio Bellarmini, cum asseritur aliquid, nec tamen probari ullo argumento potest, postulare, ut adversarius contrarium extare doceat, nec id simplicibus tantum verbis, aut per legitimam consequentiam, sed *expresse*, & certo aliquo ac evidenti testimonio: quam novam & admirabilem profus disputandi rationem nescio an Bellarminus ex Dialecticis probare possit, ne quidem ex Logicâ Mexicanâ Jesuitarum. Sed hinc tria præterea notanda sunt. I. Aliud esse loqui de articulis fidei, aliud verò de rebus historicis, politicis aut naturalibus. De illis bona est consequentia, de his non item. Sic rectè dicitur: Scriptura non docet missam esse celebrandam, ergo id faciendum non est. Non verò: Scriptura non docet septem esse planetas, ergo totidem non sunt. Atque hoc rectè Discipulus de Tempore serm. xxiii. observavit: *In Scriptum Sacra*, inquit, *locus tenet ab auctoritate negativè*. II. Aliud esse argumentum ab auctoritate negatâ deductum, aliud verò ab auctoritate negativâ, illud negat verbum testandi, hoc verò ipsius sententiæ negationem importat. Prius fit, si dicam: Bellarminus non dicit, Lutheranos esse Enthusiastas: Posterius, Bellarminus dicit, Lutheranos non esse Enthusiastas. Scriptura Sacra autem non tantum non asserit recurrendum esse ad lumen naturale aut novas revelationes, sed & disertè easdem rejicit, & ad verbum divinum nos unice remittit. III. Denique & id notandum est, ab auctoritate licere aliquando negativè etiam in aliis rebus argumentari, supposito, quod auctor rem aliquam perfecte tradiderit. Sic rectè dico: *Habitus principales esse tantum quinque*, eò quod Aristoteles lib. vi. Ethic. cap. iii. non plures aut pauciores tradiderit, quo in loco procul dubio non insufficienter enumeravit eos, quod accuratè, ut nusquam alibi, eorum numerum & naturam explicaret.

VI. Arque hoc modo non tantum antiquissimi Ecclesiæ Doctores, sed & Pontificii ipsi maximam partem argumenta sua ne-



## SECTIO III. DE PROPHETIIS NOVIS

Et sunt. Hieron. lib. i. adv. Helvid. *Ut hæc quæ scripta sunt, non negamus, itæ ea quæ non sunt scripta renuimus. Natum Deum de virgine credimus, quia legimus, Mariam nupsisse post partum non credimus, quia non legimus.* Idem comment. in cap. xxiij. Matth. *Hoc quia de scripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur, quod dictum non tantum Lyra ad cap. xv. Exod. approbat, sed & Basiliius Homil. in Nativit. Christi diu ante proposuerat. Tertullianus etiam negativè ab auctoritate scripturarum contra Hermogenem de rerum omnium ex nihilo creatione disputat: Scriptum esse doceat Hermogenis officina, ait cap. xxii. adv. Hermogen. si non est scriptum, timeat ve illud adjicientibus aut detrahentibus destinatum.* Ita & S. Cyillus Patriarcha Hierosolymitanus Carech. Illuminator. iv. scribit: *Oportet de divinis & sanctis fidei mysteriis πῶδὲ τὸ τὸ Χρὸν ne minimum quidem sine sacris scripturis tradere.* Nec aliter Theodoretus Dial. ii. paulò post medium: *Οὐχ' ἔτιος εἰμὶ τραπεζῆς, ὡς τὸ Πάπας ἢ σαρμυλλῶν ὡς τῆ ἑκεία γὰρ ὄν,* hoc est, interprete Gratiano Herveto: *Non sum usque adeò audax & temerarius, ut dicam aliquid, quod sacra scriptura silentio præterit.* Denique si opponamus Bellarmino ex eadem sectâ hominem doctissimum, Nerei discipulum, Cardinalem Cardinali, & Collegam Collegæ, ecquid erit pretii? Audiatur, si lubet, Baronius, Bellarmino ratione dignitatis non inferior, & cui ipsi non minus ac Regibus omnes Principes cedunt, quicquid cum Bellarmino Regi Angliæ, & aliis Regibus Christianis tam in convivio, quàm extra illud, est præferendus, in convivio quoque primus bibit, & postea non Imperatori sed Presbytero suo, Imperatore digniori, ut Martinus Episcopus olim, calicem tradit, ut aliquoties gloriatur Bellarminus, præcipuè in libro contra Angliæ Regem. Is igitur, cum Tom. xii. Annal. Anno Christi MCLXXVII. impudenter prorsus inficiaretur, quicquid de Friderico Barbarossâ Imperatore ab Alexandro III. PP. pedibus calcato Nauclerus, Sabellicus, Stella Venetus, Massonius aliiq; scribunt, ecquam aliam consequentiam ne stebat, quàm hanc ipsam? Scriptores antiquiores nihil ejus rei meminerunt, ergò id verum non est. *Si quid hujusmodi per Alexandrum Papam fieri contigisset, ait num. LXXXV. quomodo referre prætermisissent Scriptores illi, qui minima quæq; prosecuti sunt quippe*



quippe qui presentes cum essent, ea cuncta singulaq; summa diligentiâ scriptis prodidere? Quomodo rem tantam sui magnitudine mirandam, novitate singularem, indecentiâ monstruosam, eisi non ab aliis, certe amulorum adversariorum tubis perstreptibus pervulgandam, reliquisse potuere silentio penitus obvolutam, ut quasi ex condiceto, nullus eorum Scriptorum, reliqua cuncta scribentium, de his verbulum fecerit? Nisi igitur tam celebres primitivæ Ecclesiæ Doctores, & ipsius Bellarmini collega valdè absurdè contra adversarios suos disputarunt, Bellarminus cum sua exceptione eis *χόρηται* meritò ablegatur.

VII. Deinde idem porrò ostenditur ex Deut. xii. ult. *Unamquamque rem quam ego precipio vobis, eam observantes facite, ne addito ei, neq; detracto ex ea.* Luc. xvi. 29. *Habent Moyses & Prophetas, audiant eos.* Item Act. xxvi. 22. *Auxilium, quod est à Deo, nactus, perstiti in hunc usq; diem testificans ista tum parvis tum magnis, nec quicquam dicens extra ea quæ Prophetæ ac Moyses futurum prædixerunt.* Et II. Tim. III. 15. 16. *Didicisti à puero sacras literas, quæ te possunt sapientem reddere ad salutem per fidem quæ est in Christo Jesu. Tota scriptura divinitus est inspirata, & utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad disciplinam in justitia.* Quod si autem Scriptura Sacra ita utilis est, ut si quid discendum est, inde disci possit, & omnium dubiorum in doctrina exortorum solutio ex iis, non aliunde, petenda, denique ita perfecta, ut nihil ei addendum, nihil detrahendum, ad eam utique tanquam normam in rebus fidei unicè est confugiendum. Item cum Christus dicit, Spiritû S. subministraturum Apostolis omnia, quæ docenda ipsis fuerint Joh. xiv. 26. *Ille vos docebit OMNIA, & suggeret vobis OMNIA, quæ dixi vobis.* Ubi notandum non dici, quæ dicam, aut dixero, uti vulgatus verit, sed *ἐγὼ dixi*, jam tum enim omnia quæ audivem à patre, nota fecerunt ipsis, ut asserit Joh. xv. 15. Et rectè Joh. Ferus h. l. observat: *Quidnam verò, ait, docebit Spiritus sanctus? Nunquid novum & à Christo alienum? Nequaquam.* His succinit ipse Paullus Act. xx. 27. *Non subterfugi, quo minus annuntiarem vobis OMNE Dei consilium.* Stigitur omne Dei consilium in Scripturis nobis patefactum est, si item Spiritus S. ea omnia docuit, quæ dixit & fecit Christus nobisque necessaria sunt, rectè hinc probatur, doctrinam Propheticam & Apostolicam omnes fidei arti-



articulos tam sufficienter complecti, ut nova aliqua revelatione non sit opus.

VIII. Probatur deniq; iis dictis, ubi Scripturæ S. idè à principio revelatae sunt, ut Ecclesiæ fundamentum essent, quo omnes fideles, & universa ad eò Christi Ecclesia, ut ædificium, niteretur. Ita Paulus Eph. 11. 19. 20. ait: *Non amplius estis peregrini & inquilini, sed concives sanctorum, ac domestici Dei superstructi super fundamentum Apostolorum ac Prophetarum, existente imò angulari lapide ipso Jesu Christo.* Ubi non illud tantum fundamentum intelligitur, super quod Apostoli fundati, sed super quod ipsi alios fundaverunt. *Divuntur fundamenta Ecclesiæ Apostoli & Prophetæ, ratione doctrinæ à Deo revelatæ. Siquidem fides Ecclesiæ nititur revelatione, quam habuerunt à Deo Apostoli & Prophetæ. Nec enim semper revelantur Ecclesiæ novi articuli, sed in ea doctrina Ecclesia acquiescit, quam Apostoli & Prophetæ à Domino didicerunt, & prædicatione, & litteris ad posteros mandaverunt,* ait Bellarm. lib. 1. de Pont. Rom. cap. xi. Irenæus quoq; præfat. librorum adv. hæreses, & lib. 111. cap. 1. *Non per alios dissolutionem salutis cognovimus, quam per eos, per quos Evangelium pervenit ad nos. Quod quidem tunc præconiaverunt, postea verò per Dei voluntatem in scripturis nobis tradiderunt fundamentum & columnam fidei nostræ futurum.* Fundamentum igitur fidei nostræ in scriptis Prophetarum & Apostolorum habemus, quia hæc unicè inde addiscitur, eruitur, & contra omnes corruptelas propugnatur, & quicquid aliunde, quam ex ipsis illis extruitur Apostolica & primitivæ Ecclesiæ fides non est. Inde itaq; sic colligitur: Si doctrina, quam Prophetæ & Apostoli per Dei voluntatem nobis tradiderunt, fundamentum est, & columna solius veræ & vivificæ fidei, primitivæ item & Apostolis proximæ Ecclesiæ, utiq; omnia, quantum Deus scire nos voluit, & nostra interest, complectitur, nec ulla alia doctrina pro fidei norma & regula est habenda. Ita ergò hæc veritas ex scripturis ipsis offenditur, quod primum erat.

IX. Eodem modo ostendit illud ipsum potest ex primitivæ & veteris Ecclesiæ tam Græcæ quam Latine Doctoribus, quorum testimonia supra Thef. VI. adduximus, nunc unum atque alterum de novo addemus. Tertullianus eo libro, quem adversus Hermogenem



genem conscripfit, cap. xxxi. ita disputat, ut nullum dogma recipiat, nisi idem scriptum esse doceatur, & qui secus fecerit, vā illud adjucentibus aut detrahentibus destinatum timendum dicat. Origenes etiam proœm. libr. *ὡς δὲ χῶν* circa finem asserit, si quis de singulis fidei articulis verum rimari & inde unum corpus efficeret velit, ei id faciendum esse vel ex iis, quæ in sanctis scripturis invenerit, vel quæ ex consequentiâ ipsius indagine a recto tenore recipiantur. Eodem modo S. Athanasius, magnus ille fidei Christianæ *ἡσθεσθε*, religionis & veritatis Catholice rationem & cognitionem ex sacris literis colligi posse & ad eas sufficere ait. Ita enim librum suum contra idola ad Macarium orditur: *Pie quidem religionis & veritatis Catholica ratio cognitiō, non tam indiget humana institutione, quam ipsa se suis notis indicisq; prodit, cum propè quotidie ipsis id operibus clamitet, & per Christi doctrinam sole clarius se demonstrat: tibi tamen, Macari, de ea audiendi cupido age pauca de fide Christi pro viribus nostris in medium adducamus: nam quamvis tu hæc ipse queas ex sacris scripturis colligere, alios tamen benigne audis. Sufficiunt quidem per se tum sacra & divinitus inscripta scriptura ad veritatis indicationem, tum plurimi de eadem re libri à sanctissimis magistris conscripti, &c. Ceterum quia eas lucubrationes ad manum non habemus, necessum est, ut quæ ab illis didicerimus, tibi scripto proferamus.* Basilius M. etiam manifestum prolapsum à fide dicit, & superbiæ crimen aut repudiare quid ex his quæ scripta sunt, aut superinducere quid ex non scriptis. Imò peccatum vocat, quod in rebus fidei extra scripturam definitur, & omnem rem testimonio scripturæ confirmandam, nec consuetudinem, sed scripturam regulam dogmatum esse debere contendit. Ut nihil nunc de Gregorio Nazianz. Chrysoft. August. Cyrillo Alexandr. aliisque Ecclesiæ antiquissimis & ipsorum Apostolorum temporibus proximis Doctoribus & Conciliis dicam, quorum tum actiones, tum Symbola idem abundè ostendunt; plerique enim fidei confessiones ita conscripserunt, ut nulla earum pars sit, quam non probent ex scripturis, aut aliter probent, quam ex iisdem. Imò Basilius M. ne verbum quidem *ἀγχαφιν* se admixturum profiteatur. Quod si autem sancti isti ac venerandi patres in eos, qui aliquid non scriptum proferebant, ita detona-

H

bant,



bant, ac fulminabant, ut prolapsum à fide, aut superbia saltem crimen dicerent, ipsi autem ne verbum quidem sine scriptura confessionibus suis admiscerent, cequid dicturos eos putamus, si nunc audirent, non tantùm sine scriptura articulos fidei constare, sed etiam aliunde probari eosdem quàm rectissimè posse.

x. Deniq; ex Papistarum testimonio idem patet Bellarminus lib. iv. de V. D. c. ix. *Nihil, inquit, est de fide, nisi quod Deus per Apostolos aut Prophetas revelavit, aut quod evidenter inde deducitur: non enim novis revelationibus nunc regitur Ecclesia, sed in iis permanet, quas tradiderunt illi, qui ministri fuerunt sermonis, & propterea dicitur Eph. 2. Edificati supra fundamentum Apostolorum & prophetarum.* Hac Bellarminus, secutus hac in parte præceptorem suum Thomam, qui p. i. q. 1. artic. viii. ad 2. *Innititur, ait, fides nostræ revelationi Apostolorum & Prophetarum factis, qui Canonicos libros scripserunt, non autem revelationi, si qua fuit aliis doctoribus facta.* Melchior Canus etiam, postquam eadem ferè argumenta ex Joh. xv. cap. xiv. & cap. xvi. produxisset, quibus nos antea usi sumus, denique lib. v. locorum Theologicorum cap. v. resp. ad 4. argum. concludit: *Novas autem revelationes & scripturas sacras quærere, Judæorum est, qui recentes etiam num Prophetas præsolantur.* Idem lib. ii. cap. vii. *Non sunt nunc nova revelationes expectanda, sive à summo Pontifice, sive à Concilio sive etiam ab Ecclesia tota.* Gerson etiam lib. de Exam. doctr. part. ii. Confid. i. *Suspecta est omnis revelatio, quam non confirmat lex & Prophetæ cum Evangelio, que tria significant Moyses, Helias & Christus.* Unde nunc liquere arbitror, fidei dogmata ita demum vera esse & recipienda, si ex Apostolorum ac Prophetarum revelatione deducantur, nec unum eorum admittendum, nisi proberur ex eadem.

xi. Cæterùm duobus modis hîc erratur. Alii enim Scripturam Sacram & verbum Dei revelatum ita rejiciunt, ut rationem naturalem vel ipsam fidei normam ac regulam statuunt, vel saltem nimium ei tribuant. Alii contra ita Scripturam admittunt, ut tamen ad novas & immediatas revelationes subinde semper respiciant. Sed sive hoc, sive illud statuatur, admitti non potest: quare de utroq; nunc aliquid dicemus, & de priori quidem prius.

xii. Et



Et congenitum quidem naturale lumen Weigeliani & reliqui fanatici usq; aded extollunt, ut in cognoscenda religionis Christiana veritate multum posse dicant, & hanc demum veram Theologiam esse asserunt, quæ naturalis rationis iudicio probatur, imò iade totam istam rectè peti posse contendunt. Es ist das angebohrne Licht in einem jeden / daraus alle erkänntniß fleußt / vnd ist in vns allen / wer indiesem Licht wandelt / der sellet nicht / er gehet auff dem engen schmalen Wege zum Leben / wer aber dawieder handelt / vnd das Licht nicht haben wil / sondern folget der Menschen Lehre / der wandelt den breiten Weg zum verdammniß / denn er mus glauben / was andere sagen / ist gleich / als so ich mihr liesse mein Auge ausstechen / vnd mit anderer Leute Auge mißte ich sehen. Wir können nicht irre gehen / noch vnrecht thun / so wir nach dem angebohrnen Licht wandeln. &c. eben diß Licht / welches in vns ist / lehret auch das Gesetz vnd die Propheten / ait Weigel. part. II. Postill. p. 184. Item part. I. post p. 67. Wir im neuen Testament sein selbst der Tempel / darin sollen wir lehren durch Fasten / Wachen vnd Beten / so werden wir auch lernen die Ding / die vns kein Buch noch Mensch lehren mag bis an den jüngsten Tag / denn allein auff diese weiß erfähret vnd lernet man alle Ding / die wir begehren / ja das ist die Schul vnd der Schulgang zu allen natürlichen vnd übernatürlichen erkänntnissen &c. Item. Das ist gewiß wir müssen vom heiligen Geist / von der Salbung in vns gelehret werden / sonst ist alles umbsonst / was man auswendig lehret oder schreibt / wir müssen alle von innen gelehret werden / von innen muß heraus quellen die Erkänntniß in dem Gegenwurff / vnd nicht vom Buch hinein getragen werden. part. 2. Postill. pag. 61. Vide & Minist. Lubec. Hamb. & Lüneb. num. cclxx. Photiniani autem non tantum Philosophiam commendant assidue, sed & plerosque fidei articulos inde probant. Imò & à nobis doctrinam de SS. Trinitate inde primam haustam per manifestam calumniam dicunt. Hinc Sommer præfat. lib. 1. adv. Perr. Carolium: *Quid sit? consurgit verbis Christianis & ad opprimendos nefarios (ita enim appellant) conatus se in vno exponitur, quasi ipse pietatis Christiana car do in Platone Timæo, unde arguella de Trinitate & benade manarum, consistat.*

Non abstinentia autem fanaticorum, assertis Calvinistæ

accidit

H 2

ac



ac Pontificii nuper docuerunt, & hodieque docent, cum non tantum verbi divini vim ac efficaciam aperte elevant, sed etiam nihil admittunt, quod captum nostrum superat. Et de verbo quidem ejusque efficacia ita scribit Zwinglius in Exeg. Euchar. *Nos putamus fidem ex verbis hauriri non posse.* Et iterum: *Toto caelo errant, cum putant, verbo vel rem ipsam, vel fidem ipsius rei dari.* Calvinus autem, Beza cæteri que realem præsentiam corporis Christi in cœna ideò negant, quod sit contra omnem rationem, ut corpus unum sit in duobus locis. *Non posse se de corpore Christi (quod verum & naturale corpus esse ipse testetur) aliter loqui, quam corporis naturam jubet,* scribit profanus ille, ne quid durius dicam, Christophorus Herdesianus in præfat. Orthodoxi consensus. Quæ certè præcipua machina est, qua Photiniani hodie pleraque Christianæ fidei mysteria arietant. Iidem Philosophiam adeò extollunt, ut etiam fidei statuunt esse fundamentum. *Philosophiam adeò ausus sum extollere,* ait Taurellus præfat. Triumphi, *ut non Theologiæ solum non dicatur esse contraria, sed ipsius etiam fidei statuatur esse fundamentum.* Et paullo post: *Rem igitur eò deduximus, ut Philosophiam fidei fundamentum consequeretur.* Vide mihi, quò insanix procedant isti homines! Nec quicquam restat amplius, nisi ut cum Aëtio, ex Aristotelico, nescio quo Philosopho, apud Epiphan. hæresi LXXVI. quæ Anomæorum, dicant, se DEUM tam clarè scire, & adeò nosse, ut ne se quidem magis noscant, quam Deum. Et cum Eunomio, apud Theodoret. lib. iv. hæret. fabul. ex Theologiâ *τεχνολογία* faciant, seque nihil ex rebus divinis ignorare dicant, sed ipsam etiam Dei essentiam exactè scire, & eandem de Deo notitiam habere, quam DEUS ipse de seipso habeat. Quæ causa etiam est, quod ex eadem pleraque sua dogmata probent, ut patet ex Timpl. c. ii. Phys. Gener. probl. vii. Keck. lib. vii. System. Phys. Zanch. l. i. c. iii. q. 2. Mornæ. de verit. Christ. Relig. cap. vii. aliisque. Nec aliter Pontificii, si rem rectè æstimamus. *Omnia fidei mysteria ceteraque creditu & scitu necessaria in corde Ecclesiæ esse clarissimè exarata, in membranis tam novi, quam veteris Testamenti multa desiderari,* ait Costerus in Enhirid. Controv. c. i. Item pio sensu dici posse, *Scripturas tantum valere, quantum fabulæ Esopi, si Ecclesiæ auctoritate destituantur,* asserit Hofius lib. iii. adv. Brent.



Brent. Per Ecclesiam autem intelligit Pontificem Romanum, cuius solius sit infallibiter pronunciare, non solum quænam sit Scriptura divina, sed etiam quis legitimus ejus sensus, nec enim Scripturam ex Scriptura interpretari, aut de vero ejus sensu certi quicquam statui posse, nisi ejus calculus accesserit, in cujus pectore, tanquam scrinio aliquo, omnia fidei dogmata, maxima minima, lateant, utut ille, uti nunc sunt, & ab aliquot jam seculis fuerunt mores, non nimis pius sit, sæpè etiam prorsus ἀναλφάβητος. Sed & Bellarm. lib. iv. de V. D. cap. viii. ex Consensu omnium gentium, Periclis, Aristotelis, Lycurgi, Ciceronis, Pythagoræ ac Socratis, juris denique Civilis probat, dari traditiones non scriptas. Et paullo ante Melch. Canus lib. ii. LL. cap. iii. fundam. 4. idem fecerat, qui tandem ita concludit: *Itaque natura ipsa quodammodo clamare videtur traditiones non scriptas vel necessarias, vel certè utilissimas esse.* Et novissimè Jul. Cæsar Coturius Part. i. Demonstrat. x. cap. i. num. xx. probaturus Purgatorium, ex universali omnium gentium consensu, non solum Christianorum, sed & Turcarum, Platonis, Ciceronis, & aliorum, ita argumentatur. *Sicut ex instinctu nature omnes homines Numen aliquod invocant, & de alterâ vitâ sunt solliciti, & mortuis benè precantur, ex eorûm instinctu omnes sensari Philosophi semper intulerunt, dari aliquod supremum Numen, & animas immortales esse.* Sic ex eodem instinctu inferri debet, locum aliquem post hanc vitam dari, in quo anima afflicta defunctorum juvari possint, cum ille omnium hominum sit universalis sensus, qui sensus licet in uno alterove particulari alicujus speciei subinde errare possit, nunquam tamen in totâ specie aberrat; ergò cum universalis omnium hominum instinctus purgatorium esse dicat, non minus censendum est illud esse verum, quàm DEum aliquem dari, aut animas immortales esse. Quod argumentum ex Bellarmin. lib. i. cap. xi. de Purgat. desumpsit. Cum verò Excellentissimum Dania Lumen, Dn. Brochmannus excepisset, in rebus fidei non esse consulendum humane nature instinctum, sed Moses & Prophetas, respondet, frustra id dici, quia certum sit, nec Moses nec Prophetas nec ullam Scripturam Sacram aliquid unquam docuisse, quod universali nature & instinctui repugnat.



XIV. Principiò autem non negamus, multa de Deo cognosci naturaliter & in lucem erui ab hominibus posse. Certe DEUM esse, ejusq; invisibilia & divinitatem ac potentiam cordibus ethnicorum inscriptam ac manifestatam Apostolus ita asserit, ut etiam ex divinis operib; mentis acie investigari posse dicat Rom. 1. 19. 20. *Id quod de Deo cognosci potest, manifestum est in ipsis: Deus enim eis manifestum fecit. Ipsius enim invisibilia, jam inde a condito mundo ex his quo fecit, mente perpensa pervidentur, æterna videlicet ejus tum potentia tum divinitas, ad hoc ut sint inexcusabiles. Idem Psal. xix. 2. insinuat, cum David ait, Cælos enarrare gloriam Dei fortis, & opus manuum ejus indicare expansum eorum.* Sic DEUM esse unum, bonum, justum, vindicem scelerum, naturalibus argumentis demonstrari potest, & jam olim exactissimè à Lactant. lib. 1. Divin. Instit. cap. 111. Cyprian. de Idolorum vanit. Athanasio contra gentes, Moræo lib. de verit. Christ. Relig. c. 1. seqq. & ex ethnicis à Socrate, Platone, Arist. atque aliis pluribus est factum. Tertullian. Apolog. cap. xvii. *Vultis ex anime ipsius testimonio comprobemus? Quæ licet carcere corporis pressa; licet institutionibus pravis circumscripta, licet libidibus ac concupiscentiis exgonita, licet falsis diis ex ancillata, cum tamen respiceret, ut ex crapula, ut ex somno, ut ex aliqua valetudine, & sanitate suam patitur, Deum nominat, hoc solo quia propriè verus hic unus Deus, bonus, & magnus. Et quod Deus dederit, omnium vox est. Judicem quoque contèstatur illum, DEUS videt, & Deo commendo, & DEUS mihi reddet. O testimonium anime naturaliter Christiana! Deniq; pronuncians, hæc non ad Capisolum, sed ad cælum respicit. Novit enim sedem Dei vivi, ab illo & inde descendit. Cicero ipse lib. de LL. asserit nullam gentem, nec tam immanuem, nec tam feram esse, quæ non, etiamsi ignoret, qualem DEUM habere deceat, tamen habendum sciat. Idem lib. 1. de Nat. Deor. hoc omnibus innatum & insculptum esse scribit. Idem experientia quoque testatur, nullam tam barbaram aut incultam gentem esse, quin aliquem Dei sensum & notitiam habeat, etsi à vero Deo prorsus aberret. Hinc jam olim Massageta Solem pro Deo colebant teste Herod. lib. 1. & Strab. lib. xi. Afri & Ægyptii totum mundum à Sole & Luna regi arbitrabantur, & ideo ipsis illis solis sacrificabant apud Herod. lib. iv. & Diodor. Sicul. lib. 1. Galli Mer-*



Mercurium, Apollinem, Martem, Jovem & Minervam; Germani nostri Solem, Vulcanum, & Lunam adorabant, ut de utrisq; Cæsar lib. vi. de Bell. Gallic. cap. xvii. & xxi. attestatur. Vide etiam Cluver. lib. 1. German. antiquitat. capp. xxvi. & xxvii. præcipuè autem Theodoretum orat. iii. de curand. Græc. affect. quæ est de Diis & Dæmonibus malis, & orat. vi. de Providentia divina.

xv. Hæc ipsa autem naturalis Dei notitia ad salvificam fidem non pertinet, nec jam post lapsum ad salutem æternam perducit. Non tantum enim pauca sunt quæ tradit de Deo & mysteriis divinis, & vix umbram aliquam veræ Theologiæ continet, sed & hominum insuper malitia ultrò ac de industriâ obscuratur, sæpè etiam prorsus extinguitur, quod in ethnicis jam olim accidisse ita docet Apostolus, ut propterea eos inexcusabiles dicat Rom. 1. 20. Quod autem pauca tantum contineat, id facillè probatur. Certum est, unius veri Dei notitiam ac cultum totius religionis Christianæ scopum ac fundum esse, ut expressè dicitur Johan. xvii. 3. Ad cognitionem autem DEI non satis est credere, unum esse DEum, qui sit Pater & Filius & Spiritus S. Filium incarnatum & hominem factum, à Deo creatum esse mundum, mortuos resuscitatum iri, quos articulos Scholastici plerique vel omnes, vel saltem aliquos explicitâ fide ad salutem æternam consequendam ratione mediæ requirunt, reliquos autem tales non esse, ut ignorantia eorum fraudi cuiquam esse possit. Nemo enim sermè hæreticorum est, quin pro no assensu se id crediturum, & sibi certissimò persuasurum esse lubenter fateatur, quin imò Photiniani in nova illa suâ confessione Anno M DC XLII. edita multò plura disertis verbis docent. Etsi autem facillè concedamus inter ipsos fideles alios perfectos esse, alios imperfectos, alios lacte opus habere, alios solido cibo, qui propter habitum sensus habent exercitatos ad discretionem boni ac mali Hebr. v. 13. tamen nec illi prorsus ignorare reliqua, (ad fidem enim salvificam necessarium est, ut sciat quis, Deum ex gratia propter *Θεαρθωπης* meritum sibi credenti per SS. peccata remissurum & vitam æternam donaturum esse; & ne nullum errorem immediatè horum aliquid everrentem pertinaciter foveat, & ne ex contemptu ulteriorem notitiâ negligat.) nec proveciores contra in istis acquiescere debent. quo pacto



paſto etiam Eccleſia primitiva aliter informandos rudiores, aliter reliquos inſtituendos aſſerit. S. Baſilius in eleganti illa fidei confeſſione: *Scopus, ait, qui nunc & nobis & vobis prefixus eſt plurimum ab illis argumentis differt, quorum gratia aliter atq; aliter vel ſcribere vel dicere coacti ſumus, propterea quod tunc ſargebatur, ut hæreſis argueretur, & inſidia Diaboli ſubverterentur: nunc verò ſimplex ſanè fidei confeſſio, & declaratio proponitur. Quapropter neque idem nunc nobis dicendi character congruit. Quemadmodum enim nemo manu prehendit eadem inſtrumenta ad pugnam, que ad agriculturam: ſed alia ſunt inſtrumenta eorum qui in bello ad pugnandum in aciem collocatur; Ita non eadem loquitur, qui adhortatur in ſana doctrina, & qui contradicentes revincit. Nam aliud eſt reprehendiſſi ſermonis genus, aliud adhortatori: alia ſimplicitas eorum qui objectionibus mendacis ſcientia reſiſtunt. Auguſtinus etiam lib. xiv. cap. i. dicit, aliud eſſe ſcire tantummodò quid homo credere debeat propter adipiſcendam vitam beatam, que non niſi eterna eſt, aliud autem ſcire quemadmodum hoc ipſum & piis opituletur, & contra impios defendatur.*

xxvi. Illis igitur locis, ubi Symbola & Confeſſiones ſuas edunt, aut compendioſam ſalutis doctrinam catechizandis proponunt, pleraque, tanquam neceſſaria dogmata, inculcant, quæ Symbolo Apoſtolorum continentur Tertullian. lib. de præſcrip. adv. hæret. cap. xiii. Cyrill. Hieroſolymit. Catecheſi iv. eorum, qui illuminantur, Gregor. Naz. Orat. xl. in Baptiſma extr. Epiph. item in *Ἀνακταλιώσεσ*, poſtquam ſummatim hæreſes, quas in magno illo Panarii opere prolixè confutarat, breviter repetiſſet, denique & ea ipſa fidei capita ſubjungit, quæ tantæ hæreſium multitudini opponenda eſſent. Auguſtinus quoq; libell. de Catechizandis rudibus, S. Baſilius in fidei Confeſſione, aliq; Idem jam ante quoque in concilio Niceno factum erat, ubi vera & Apoſtolica fides primùm poſt exceſſum Apoſtolorum à tota Eccleſia Nicæ congregata in Symbolo illo Niceno declarata fuit. Reliquis autem & Doctoribus non ſufficit, ut ipſi rectè credant, ſed oportet eos eſſe *διδασκαλὸς καὶ ἐλεγχτικὸς* Tit. i. 9. i. Tim. iii. 2. Idq; ipſi illi ſancti Patres diligenter ruruſ obſervarunt, Epiph. in *ἐγωνοματῶ*, Theodoret. *Πιτομῆ των θεῶν δογματῶν* compendio divinatorum dogma-

tum:



*tum*: Item in tribus illis doctissimis Dialogis, quorum primus *ἀρετῆς*, alter *ἀποκρυφῶν*, & Tertius *ἐπιφανείας* dicitur. Orientis etiam Episcopi in magna illa fidei suæ expositione contra Photinum, ad Occidentales, apud Socrat. lib. II. Histor. cap. xv. Nec aliter in sex illis primis Synodis Oecumenicis Nicena I. Constantinopolitana I. Ephesina, Chalcedonensi, Constantinopolitana II. & Constantinopolitana III. & multis aliis provincialibus postea factum, ut ex actis constat.

XVII. Quicquid autem hujus rei sit, certè nec de duobus illis articulis SS. Trinitate, aut Incarnatione Domini naturaliter quicquam notum est, sed totum ex revelatione divina unicè cognoscitur. De Trinitate docetur, Unum esse verum Deum, qui sit Pater, Filius & Spiritus S. atque hos non tres Deos aut tria nomina, sed tres personas esse. Patrem ab æterno genuisse filium ex substantiâ & natura sua, modo prorsus incomprehensibili, Spiritum sanctum verò à Patre & Filio procedere. De Incarnatione item, quod Filius Dei ante secula quidem à Patre secundùm divinam naturam genitus, in tempore autem carnem nostram propter nos & nostram salutem indutus, atque ex Maria virgine absque viri operâ natus, passus, crucifixus, morte suâ patrem nobis placarit, ac vitam æternam dare velit credentibus in nomen ipsius. Quod si quis hæc & similia lumine naturæ cognosci à nobis, aut ex principiis ejusdem hauriri, de quæ veritate eorum humanæ mentis acie judicari posse cõtendat, ei sine omni dubio helleboro opus est, quò caput purget.

XVIII. Causa hujus præcipua est rerum ipsarum sublimitas, quæ ita inevidentes ac prorsus imperscrutabiles sũnt, ut à nullo intellectu penetrari per se queant. Quin tantum abest, ut humano ingenio indagari possint, ut potius stultitia ingeniosissimis etiam ethnicis appareant, ut dicitur I. Cor. II. 14. Unde etiam mysteria appellantur, quæ à seculis abscondita erant in Deo Eph. III. 9. I. Tim. III. 9. Mysterium autem amplius non fuerit, ad quod lumen naturale pertingit. Quanta autem est rerum ipsarum sublimitas, tanta etiam sine omni dubio mentis nostræ cæcitas ac hebetudo est, ut res ipsas non tantùm non capiat, sed sæpè etiam longè aliter, quàm reverà sũnt, de iis judicet, imò sibi relicta spiritualia, teste Apostolo,



nec capere nec dijudicare queat, cum ea quæ ante pedes sunt non fati semper assequatur. Dicat enim quis, quomodo ex melle formicæ fiant, quomodo pulli metuant milvum, quem nunquam viderunt, aut araneæ tela texant, quod nunquam didicerunt, & similia. Hinc Aristoteles ipse non secus in iis intellectum caligare ait, ac vesperilionum oculos ad lumen diei lib. II. Metaph. cap. I. *Ὅσως τὰ τῶν νυκτερίδων ὀμματα πρὸς τὸ φῆγλον ἔχει τὸ μὲθ' ἡμῶν, ἕτω καὶ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ὄντος πρὸς τὰ τῆ φύσεως φαινομένων πάντων.* *Quemadmodum vesperilionum oculi cæcutiunt ad lucem diei, ita mens animi nostri caligat ad ea, quæ sunt naturæ suæ omnium manifestissima.* Quod profectò non dixisset vir summus, & in rebus naturalibus, si quisquam alius, perspicacissimus, nisi proprio sensu imbecillitatis humanæ convictus. Quod si autem in naturalibus intellectus noster tantoperè cæcutit, quomodo res divinas intelligere rectè ac sine errore cognoscere potest, à quibus tamen ipse tantum distat, *ὅσον ἕρπυλλός ἐστι δὲ τὸ γαίνε?*

XIX. Nec verò in cognitione tantùm doctrinæ id ita se habet sed & in praxi ejusdem, & cultu unius veri Dei. Dubium nullum est, & apud omnes, ipsos etiam Ethnicos in confesso positum, naturaliter sciri posse Deum esse colendum idq; quoad fieri potest optimè, hoc est, non tantùm externis moribus, sed etiam intimo cordis affectu, quod præclare præter cæteros Epictetus, ethnicus ille quidem, sed qui multis Christianis ea in re palmam præripit, apud Arianum lib. I. cap. XVI. exequitur: *Si mentem habemus, inquit, ecquid aliud nos & publicè & privatim agere decet, quàm cantionibus numen & celebrare, & laudare ac græcias agere? nonne decebat nos & inter sodiendum, & arandum & edendum hunc hymnum Deo canere,? Magnus Deus est, qui nobis hæc instrumenta dedit, quibus terram colimus: Magnus DEUS est, qui manus dedit, qui deglutendi vim, qui ventrem, qui augmentationem, qui respirationem in somno. Hæc semper canere decebat, & maximum ac divinißimum carmen pangere, quod facultatem dedit, & intelligendi ista & rectè cogitandi. Et paullo pôst: Quid aliud possum senex claudus, quàm Deum laudare? Si enim lusciniæ essem, officium lusciniæ facerem, si cygnus cygni. Nunc cum rationem habeam, Deum celebrare decet. Hoc meum officium est: hoc faciam, neque relin-*  
quam



quam hanc stationem, quamdiu possum, & vos ad hanc ipsam rationem adhortor. Unde tot sacrificia apud ethnicos in Deorum honorem celebrata, Jovi Pandia & Diasia, Heræ Junoni, ac Minervæ Panathenæa, Baccho Patri Dionysia, Cereri Eleusinia & Thesmosphoria, Apollini Delea & Pythia, Hermæ Mercurio, Posidonia Neptuno, Herculi Heraclea, Asclepia & Panacia Esculapio, ut Theodoretus Orat. vii. de curand. græc. affect. notat. Hæc ipsa tamen, quæ ex natura constant, non sufficiunt ad Deum rectè colendum. Cultus enim Dei requirit non tantùm ut juxta virtutem moralem, quatenus ea naturaliter nota est, vivatur, sed ut DEUM propter Christum peccatoribus propitium futurum credamus, eum laudemus, amemus super omnia, totamq; vitam nostram, quantum in hac imbecillitate fieri potest, ad ejus nutum componamus. Atq; hoc ex verâ DEI agnitione unicè dependet, nec sine eâ ullatenus subsistere, nec ulla ejus pars peragi rectè ac ordine potest, quin ne cultus quidem est, qui rei cognitionem non supponit. Unde quid de cultu Ethnicorum judicandum sit, ita patet. Ut autem cò melius adhuc constet, documento clariori rem edocebimus.

xx. Illustre & ad hoc institutum nostrum accommodatissimum exemplum in Patriarchis ante legis promulgationem est, de quibus jam olim quæri ceptum est, num illi sacrificia, quæ ad cultum divinum in Vet. Testament. pertinebant, certè ejus non minima pars erant, ductu & beneficio luminis naturalis investigare potuerint, num item peculiare mandatum habuerint, ut victimas, tam ex animalibus, quàm terræ fructibus DEO offerrent? Et plerique quidem Pontificii solo naturæ ductu id ipsis innotuisse dicunt, imò Lessius lib. i. de just. & jure cap. xxxviii. eò usque insanix processit, ut hodieque absque superstitione fieri posse ac licitum esse contendat, si quis apud Indos ac Japonios sacrificia Deo offerat, etsi DEUS id non præceperit. Rectè autem Suarez in iii. part. Thom. q. lxxxiii. art. i. dist. lxxi. sect. viii. contra Socios disputat, nullam esse naturale præceptum, ex quo sufficienter colligi possit, determinationem illius ad talem modum cultus, scilicet per sacrificium, esse omnino necessariam ad morum honestatem. Hæc ille, quo nihil verius ac rectius dici poterat. Nec enim naturâ constat

1 2

dona



dona ac munera sensibilia Deo offerenda, qui istis non eget, multo minus id constat, hanc esse veram & optimam colendi Deum rationem, omnium denique minimè, ut id per destructionem rei oblatae fiat. Quin absurdum potius rationi videri poterat, Deum aut delectari istis victimis, aut cupere id, quod crudelitatem aliquam præ se ferat, quæ certè una ex præcipuis machinis erat, quibus Porphyrius, homo profanus ac nequissimus scurra, totam religionem Christianam impetebat. Cùm enim ille ex Theophrasto suo prolixè demonstrasset, *priscos homines neque tibus, neque sacrificium, neque ullas victimas solitos esse offerre, sed paucillum decerpti feni tanquam genitabilis rei partem, manibus alidè sublatum, flammis imponere consuefse, atq; ita demum apparentes caelestes Deos excepisse, mox subjungit: Cùm autem sacrorum primitia ad multam iniquitatem hominibus processissent, execrabilis paulatim usq; victimarum inductus est crudelitas, plenissimus, ita, ut si quæ olim contra nos imprecationes susceptæ sunt, nunc maximè videantur eventum consecuta, cum videamus homines cadibus delibutos aras deorum cruore multo conspergere. Idem paulò post: Deos nullo pacto habendos esse, qui sibi rem divinam fieri cæsis animantibus gaudeant, esse enim injustum, impium, ac scelestissimum facinus, mactare Diis animalia, adeoque ne ipsis quidem hoc gratum contingere, quæ omnia ex Porphyrio Theodoretus citat, ac pluribus persequitur Orat. vii. de curand. græc. affect. qui tamen præstantissim⁹ auctor, cum paucis aliis Chrysof. Hom. vi. in Matth. Hieron. in c. i. Esa. & in vii. Jerem. Thom. i. ii. q. cii. art. iii. cùm aliter elabi non posset, sequiorem opinionem amplexus est, ritus illos sacrificiorum non præceptos à Deo, sed indulgentiâ quadam permisos, ne Judæi affectu ceremoniis Ægyptiorum, si omnia sacrificia ipsis interdicerentur, Dæmonibus fortè sacrificarent. *Israelem*, inquit Theodoretus, *longinquum tempus in Ægypto versatum, pravissq; moribus illius regionis imbutum, ab Ægyptiisq; perdoctum idolis ac demonibus hostias immolare, ludis præterea choreis quæ assuetum ac musicis organis oblectari, jamq; in harum rerum habitu constitutum, liberare Deus desiderans, sacrificare quidem permisit, non tamen omnia, neq; falsis Ægyptiorum Diis, sed sibi soli ac verbo DEO Ægyptiorum Deos in sacrificium victimamq; offerre. Et paulò post: Itaque sapientissimus ille Medicus hoc remedii**

genus



genus adhibuit *Aegyptiae* egritudini, *dam* sacrificare quidem *Judeos* ad eorum imbecillitatem indulfit. Quanquam certum adeò non sit hanc esse perpetuam ac constantem *Theodoret* sententiam, quin potius problematicè saltem ab eo disputati inde cõstat, quod ex *Gen. viii. 2.* jam tum peculiare Dei mandatum ipse colligat quæst. *L. in Gen. Mandavit Dominus Deus*, inquit, *bina ex unaquaque specie animalium immundorum servari, & mundorum animalium septena.* Nam cum hominibus esset permissurus manducare carnes, & homines pii sacrificaturi essent illi, majorem numerum mundorum animalium custodiri jussit. *Ἐς μὲν τρεῖς συζυγίας Φυλάχθηναί ποσειδάξες εἰς τὴν αὐξήνου τῆ γένους, τὸ δὲ ἐν πῆκτων εἰς θυσίας tres conjugationes ad augmentationem generis, unum verò reliquum ad sacrificandum.* Quicquid sit, docet nihilominus, si ex natura proflexerit iste cultus, Deo placere non potuisse.

*xxi.* Quid? quod *Ethnici* ipsi fateantur, cultum illum à se institui rectè ac peragi non posse, nisi Dei beneficio novæ quædam revelationes suppetant. *Plato* *Epinomide*: *ἂδ' οὐ δύναται εἰδέναι τῆ θνητῆ φύσει τῶν τοῦτων πῆ.* Non potest natura mortalis quicquam certi de his (sacrificiis puta & cultu numinis) cognoscere. Quam ob causam etiam plerique inter eos cultum suum ad novas revelationes referebant, quantumvis falsæ illæ essent ac e mentitæ. Et *Romani* quidem *Sibyllinos* libros consulebant, *Græci* oraculorum responsa, *Muhammedani* etiam hodieq; ad *Muhammedis* sui revelationes confugiunt, quin & sacerdotes suos institui & alloquio numinis de sacris suis edoceri existimabant. Nullo modo igitur doctrina *Christiana* erui ex naturâ ac investigari potest.

*xxii.* Caterùm nec assensus adhiberi eidem, etiam tum cum inventa est, à natura potest, nec unum saltem caput credi, ut oportet. Sic enim humana tantùm fides fuerit, non divina, nec infusa ea, sed acquisita, quæ non propter revelationem divinam crederet, quæ falli nequit. *Fides quantum ad assensum, qui est principalis actus fidei, est à Deo interiori movente per gratiam*, ait *Thomas II. secundæ q. vi. art. i.* *Scriptor* item *ἱερογλωσσικῶν* seu *sectius ἱερομνηστικῶν*, qui falsò hæctenus creditus *Augustinus*, ut à *Bellarm. lib. de Script. Ecclesiast. & ante annos penè octingentos in causâ Godescalci*



contra Johan. Erigenam Scotum ab Ecclesiâ Lugdunensi ostensum apud Vofs. Hist. Pelag. lib. i. cap. xvi. & lib. vii. part. iv. *Nemo penitus, inquit, gloriatur, se fidem ex proprio sensu genuisse in se, per quam possit credere Deo, sed cognoscit, tam ante Legem, quam sub Lege, & post Legem, fidem quæ est in Christo Jesu, per illuminationem gratiæ, quæ à Deo patre est, unicuiq; revelatam ad salutem.*

XXIII. Denique nec per naturales rationes aut exquisitas demonstrationes probatur, sed tantum creditur, eò quod Deus ipse, qui mentiri non potest, eam veram esse testatur. Hinc sermo fidei dicitur 1. Tim. iv. 6. *Ersi enim multi hodie, ita præsertim, qui de Christianæ religionis veritate contra gentiles disputant, maximam partem talia argumenta proferant, quæ naturaliter nota sunt, & à disciplinis naturalibus fieri solent, imò quæ non tantum erui ex natura & deduci inde possunt, sed quæ maximam partem à Philosophis gentilibus prolata jam sunt, & in libris eorum hodieq; leguntur, ut sunt pleraq; quæ Raymundus de Sabunde, Ludovicus Vives, Hieron. Savañarola, Mornæus, Grotius, aliiq; passim in libris suis afferunt, neutiquam tamen id idè fit, quod propter illas per se, propriè & principaliter fides doctrinæ huic habeatur, aut religio nostra his quasi fulcris niti debeat: *Alia omnia, id est, humana dicta, ait Salvianus lib. ii. de gubernat. Dei, argumentis ac testibus egent; Dei autem sermo ipse sibi testis est, quia necesse est, quicquid incorrupta veritas loquitur, incorruptum sit testimonium veritatis.* Et Lactantius, *ea quæ divina auctoritatis sunt, cum ratione probante tradi non oportuisse, ait, ne per inductam minueretur dicentis auctoritas.* Sed id eatenus tantum admittitur, ut ostendatur, Ethnicorum religionem meram impietatem & absurditatem fuisse, ipsiq; damnato errore idolorum cultu, verbum divinum amplectantur deinceps, totosq; se ei dedolandos tradant. Fieri enim adeò facilè nò potest, ut quis priori doctrinâ relicta novam aliquam amplectatur, nisi ostendatur prius, eam quam nunc fovet, falsam & rejiciendam esse. Ut enim in morbis removendum prius est, quam medicina adhibeatur, ita qui idololatram ab idololatria ad unius Dei cultum pertrahere velit, hoc ante omnia accuratè sibi agendum existimare debet, ut idololatriæ stultitiam ac vanitatem ostendat. *Quomodo*  
Eibni-*



*Ethnico persuadendum, Chrysoſtom. Hom. xxxiii. in Acta quæri-  
an hoc illi cavillum ſit? Item num condemnet gentiles? omninò aliquid  
dicet. Non enim ſuis non condemnatis ad nos divertet. Ad eundem  
modum S. Auguſtinus commemorat, quomodo ipſe exuerit primò  
Manichæum, & poſteà demum ad Chriſtianiſmum fuerit conver-  
ſus lib. v. Confefs. capp. xiii. xiv. Studiosè audiebam diſputantem  
(Ambroſium) in populo, non intentione qua debui, ſed quaſi explorans  
ejus facundiam. Et cap. ſeq. Tunc verè fortiter intendi animum, ſi quo-  
modo poſſem certis aliquibus documentis Manichæos convincere falſita-  
tis. Et iterum. Itaque Academicorum more, ſicut exiſtimantur, du-  
bitans de omnibus, atque inter omnia fluctuans Manichæos quidem re-  
linquendos eſſe decrevi, non arbitrans, eo ipſo tempore dubitationis meæ,  
in illa ſectâ ubi permanendum eſſe, cui jam nonnullos Philoſophos præ-  
ponebam. Statui ergò tamdiu eſſe catechumenus in Catholica Eccleſia,  
mibi à parentibus commendata, donec aliquid certi eluceret, quo curſum  
dirigerem. Idem toto lib. vi. prolixè refert, ſe nec Manichæum, nec  
Catholicum fuiſſe, donec tandem lib. viii. cap. xii. depoſitâ omni  
dubitatione ſuſciperet fidem Chriſtianam. Et hæc eſt ipſorum Je-  
ſuitarum homines Japones præcipuè ac Indos convertendi ratio &  
methodus, ut docet Johannes Baptiſta Montanus Jeſuita in literis  
Anno MDLXIV. ex Bungo urbe Japoniæ ad Michaelem Turrea-  
ſem: Evangelium, inquit, longe lateq; pervagatum eſt, & ſanè probatur  
in vulgus & ferè ſemper ad baptiſmum, Dei beneficio, aliqui perducun-  
tur. Ratio autem noſtra cum illis agendi eſt ejusmodi. Quaritur primum  
quam ſectam ſequantur, deinde non modò quam ipſi proſitentur, ſed reli-  
qua omnes Japonica ſectâ multis rationibus ita conſutantur, ut earum ope  
ac præſidio æterna ſalute ſe nunquam potiri poſſe omnes intelligant. Id  
ubi perceperunt, docentur, unum eſſe rerum omnium opificem, qui ex ni-  
bilo cuncta procreaverit, eaq; omnia ſungi officio, præter angelos deſerto-  
res & hominem, qui è primo illo ſtatu ſua culpâ exciderit, in quo à DEO  
parente poſitus fuerat, idemq; nature legibus recteq; rationi adverſetur.  
Diſcunt deinceps Deum eſſe trinum & unum, cujus imperium primus ille  
homo neglexerit. Et quoniam infinita majeſtati ac numini factâ inju-  
ria, infinitam quoque ſatiſfactionem exegerit, ſecundam Trinitatis perſo-  
nam, cum genus humanum aliave omnia ſolvendo non eſſent, humanita-*



tem nostram ultro assumpsisse atque induisse, ut idem homo simul & Deus innocentissimus pœnam sceleribus nostris debitam pretioso sanguine suo acerbaq; morte persolveret, & nos in omnipotentis Dei gratiam resitueret. Hæc illis omnia clare & copiose explicantur, tum ad eorum quæstiones probè respondetur, & omnis ex eorum animis, quo ad eus fieri potest, dubitatio tollitur, atque ut illis certa precandi formulæ præceptaq; Decalogi exposita sunt, promittunt, se barbaros ritus superstitionesq; deposituros. Denique sacri baptismatis vis atque mysteria iisdem explicantur atque ita Christo dant nomina, & baptizantur. Nec aliter Fr. Richardus, Monachus Dominicanus, ducentis ante Lutherum annis in confutatione Alcorani à Luthero in Germanicam linguam T. II. Wüt. German. conversa, censuit, cap. 11. Man muß nicht zu erst mit den Türcken von unsers Glaubens hohen Artickelen handeln / vnd die Perlen für die Säw werffen / sondern diese weg vnd weise fürnehmen / nehmlich von ihren Alcoran handeln / vnd fleiß thun, das man solch ihr Geseß falsch vnd nichtig beweise.

XXIV. Atque hunc modum probandi per naturales rationes rectè etiam hodie cōtra infideles adhiberi posse exemplum Christi & Apostolorum, ipsiusq; Paulli contra Athenienses Actor. xvii. 24. naturalibus argumentis disputantis luculenter attestantur. Nec hodie tantùm fieri id rectè potest, sed eandem quoq; viam jam olim ab initio in propugnanda verbi divini & religionis Christianæ veritate contra ethnicos cum magno Ecclesiæ nascentis comodo institerunt, & persecuti præclare sunt Ecclesiæ primitivæ Doctores, Justinus Martyr, Athenagoras, Tarianus, Tertullianus, in Apologis suis Imp. Aurelio Antonino, Aurel. Commodo, Antonino Pio, alijsq; omnium Christianorum nomine exhibitis, Minutius Felix in Octavio, Cyprianus tractatibus contra Demetrianum & de Idolatorum vanitate, Arnobius septem Disputationibus adversus gentes, totidemq; libris divinarum Institutionum discipulus ejus Lactantius Firmianus, Athanasius item libro contra idola, Eusebius libris quindecim de Præparatione Evangelica, Greg. Nazianz. duabus invectivis in Julianum, Constantinus etiam Imperator oratione ad Sanctorum cœrum, Theodoretus libris duodecim de Græcarum affectionū curatione, & infiniti alii, qui non tantùm ex

Scripturâ



Scripturâ, sed etiam Philosophiâ ipsorumque ethnicorum libris, quicquid vel excogitatum ab ipsis, vel ex traditione majorum haustum erat, & ad confutanda eorum dogmata & stabiliendam Christianorum fidem ullo pacto conferre aliquid poterat, summo studio & industria conquirebant, tantaque felicitate, tam dextrè ac nervosè contra ethnicos & idola disputabant, ut non tantùm Deorum templa cultumque idololatriam everterent penitus, sed & magnam, veritate paulatim caput extollente, religioni nostræ acceptionem facerent.

x xv. Absit autem ut tantos tamque præclaros doctissimorum hominum labores ad anticyras ablegemus, qui ipsi non tantùm plura dogmata aliquando ex ratione astruunt, Athenagoras Apol. pro Christianis DEI unitatem, Creationem mundi Theodoretus Epitom. divinor. decret. cap. iv. Resurrectionem mortuorum idem Athenagoras de resurrect. carnis, Minutius Felix Octavio, Tertull. de resurrect. carnis cap. xiii. Petrus Chrysolog. serm. cxviii. sed & alios ad librorum Ethnicorum lectionem incitant subinde ac exhortantur. Nazianz. Apologetico fuga suæ ἢ Φιλοσοφῆτων, ἢ τιμῆτων Φιλοσοφῶν, εἴπερ μὴ μᾶλλον πεντελῶς ἔξω τῆς καλῆς πίστεως. *Aut Philosophandum est, aut Philosophia honore afficienda, nisi velimus rationem honestè vivendi amittere.* Basilus quoque eleganti illa de Lectione Ethnicorum oratione secularium scriptorum libros & legendos esse docet, & ut cum fructu legantur adolescentes præclare admodum instruit, nec abs re τὴν ἰσχυρὰν σοφίαν *fructuum caelestium quasi folia & tegumentum* appellat. Augustinus verò omnè istam eruditionem tanquam ab injustis possessoribus repetendam, & in usum nostrum vendicandam esse ait lib. de doctr. Christianâ cap. xl. *Philosophi qui vocantur, si qua forte vera, & fidei nostræ accommoda dixerunt, non solum formidanda non sunt, sed ab eis etiam tanquam injustis possessoribus in usum nostrum vendicanda.*

x xvi. Quemadmodum autem hæc suo loco ac tempore rectè sunt, ita inde neutiquam conficitur Philosophiam fidei fundamentum esse, aut inde articulos fidei eruendos, aut argumenta inde deducta talia esse, quæ hominem ad credendum verbo divino moveant ac impellant: nec enim propter argumenta illa, sed pro-

K

pter



pter divinam motionem ac testimonium propriè & principaliter creditur. Idque jam olim Thomas, Scholasticorum Princeps, rectè observavit agens de SS. Trinitate part. i. q. xxxii. artic. i. *Qui probare nititur Trinitatem personarum naturali ratione, fidei dupliciter derogat. Primò quidem, quantum ad dignitatem ipsius fidei, quæ est, ut sit de rebus invisibilibus, quæ rationem humanam excedunt, unde Apostolus dicit ad Hebr. ii. quod fides est de non apparentibus, & Apostolus dicit I. Cor. ii. Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam verò non hujus seculi neque principum hujus seculi, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est. Secundo quantum ad utilitatem trabendi alios ad fidem: cum enim aliquis ad probandam fidem induci rationes, quæ nõ sunt cogentes, cedit in irrisionem infidelium: credunt enim quod hujusmodi rationibus innitatur, & propter eas credamus. Quæ igitur fidei sunt, non sunt tenenda probare nisi per auctoritates, his qui auctoritates suscipiunt: apud alios verò sufficit defendere, non esse impossibile quod prædicat fides. Atque hæc ita se habent.*

xxvii. Ut autem exactius adhuc constet, quid de hac opinione sentiendum sit, ad præcipuas objectiones, quas illi contra afferre solent, breviter respondebimus. Producent autem aliquas rationes ad incommòdum, ut ipsis videtur, ducentes. Quod si enim statuatur non ex ratione aut intellectu, sed verbo ipso ejus cognitionem petendam, secuturum dicant i. judicium esse in objecto, cognitionem in re cognita. ii. Umbram, quo nomine Scripturam intelligunt, operari spiritum. iii. Regnum DEI ipsumque Christum ab extra in hominem importari. iv. denique, futurum ut omnes auditores eundem verborum sensum percipiant, nec metuendum tot tantasque hæreses circa scripturas sacras exorituras. Ita Weigelius lib. vom Urtheil kömpt auß der Bibel oder geschriebenen Buchstaben/ so folget . daß das Urtheil sey in dem Gegenwurff daß geurtheilet wird/ daß Erkündnis in dem daß erkandt wirdt / daß das sehen komme auß dem Gegenwurff / das fühlen von dem das gefühlet wird. 2. Daß der Schatten das wesen wircke / das der Zufall müsse wircken das wesen selbst / der geschriebene Buchstabe ist der Schatten/ der Geist ist das wesen. 3. Daß der außwendige Gegenwurff die Erkünd-



Erfantnis von aussen zu in vns trage / vnd also wird **EHRENWORT** / das Wort Gottes / das Reich Christi von aussen zu in vns kommen. 4. Es erlangenete alle Leser einen einigen gleichförmigen Verstandt oder Sinn / als von einem einigen Gegenwurff / vnd es were keine Spaltung in vnser Religion / aber wier erfahren das Gegentheil. Hæc ita & toridem verbis Weigelius. Nec aliter part. 2. postill. pag. 8. Darauß geschlossen wird / daß alle Erfantnis göttlicher Dinge nicht auß den Büchern genommen werde / sondern aus den Menschen selbst herfließe in den Buchstaben.

xxviii. Cæterum ante omnia hic probè notandum est 1. Aliud esse verbi materiale, aliud formale, illud sunt voces, hoc earum significationes, quæ duo separanda ab invicem non sunt, sed utrumque arctissimè conjungendum, illud quidem tanquam signum, hoc verò ut res ipsa. Deinde, non dicere nos res divinas & supernaturales sine vi & efficacia Spiritus S. intus in corde nostro operantis à nobis credi posse, quin potius necessum esse, ut quis à DEO ipso intus etiam doceatur, illam tamen Spiritus S. internam suggestionem non fieri absolutè aut immediatè, sed in & per verbum lectum & consideratum. Id enim Apostoli semper præsupponunt, quoties omnes à Deo doctos futuros dicunt Jerem. xxxi. 34. Johan. vi. 45. oves Christi vocem ejus audire Joh. x. 16. fore ut unctio de omnibus nos edoceat 1. Joh. ii. 27. Ideoq; opus esse ut divinum auxilium sedulo hac in re imploreret. Quod ideo diligenter hic observandum, ne res sacras ac divinas sine Spiritus S. interno testimonio ac illustratione intelligi posse dicamus, neque rursus tamen in agnoscenda Dei mente ad privatam quisq; judicium & immediatam illuminationem aut novam inspirationem confugiat.

xxix. His jam suppositis ad argumenta ipsa respondemus, pleraque illa uni hypothesi, & ei manifestò falsæ præcipuè superstrui, Scripturam sacram esse nudum sonum in aère, aut signum in membranâ atramento exaratum, & non potius efficacissimum organum & instrumentum, per quod attentè lectum ac auditum Deus fidem hominum mentibus inscribit, de qua quid sentiendum sit, jam diximus. Præterea ad primum Resp. non sequi, si cognitio ex rebus ipsis desumitur eam formaliter esse in objecto, uti enim in



## 74 SCTIO III. DE PROPHETIIS NOVIS

aliis rebus fit, cum intellectus apprehendit aliquid, ut res ipse per species intelligibiles abstractas representantur intellectui, eumq; excitens ad apprehendendum, neque tamen cognitio in rebus ipsis est, ita & hic nulla sequela est. Ad secundum dicitur separari verbum externum ab interno, quod malè profus fieri jam ante demonstratum est. Tertium argumentum novum non est, sed jam olim à Schwengfeldio excogitatum, cui tamen B. Lutherus comm. in cap. xix. Gen. tam accuratè satisfecit, ut nihil excipere contra Schwengfeldius posset. Argumentum ejus istud erat: Nullum externum prodest ad salutem: Baptismus, Prædicatio Evangelii, cœna Domini sunt externa, E. nihil profunt ad salutem. Respondet Lutherus: *Major manifestè falsa est. Distinguenda enim res externe sunt. Alia enim sunt merè humane, & ab hominibus conficta, de his major vera est. De iis autem que divinitus instituta & jussa sunt, major non est vera. Nam nobis ad salutem instituta sunt, sicut Christus de Baptismo dicit, Qui crediderit & baptisatus fuerit, salvus erit.* Quare planè falsum est dicere, esse in homine ab ipso ortu suo cognitionem Dei ac regni cœlestis, contra diserta Apostoli verba 1. Cor. II. 14. adeoq; nec verbo divino, ejusq; lectione aut prædicatione opus esse. Ad ultimum deniq; responderetur, id nec in naturalibus rebus semper procedere, quin aliquando una eademq; res diversos effectus producat. Sed hic diligenter distinguendum est id quod per se fit, ab illo quod per accidens tantum. Quod enim varios scripturæ sensus cerebrosus aliquis opinator in capite suo fingit, hoc omne per accidens tantum fit, propter contumaciã hominum. Unde quàm levia argumenta sint ita patet. Nec majoris momenti reliqua sunt, quæ ex scripturis proferunt, quare istis omissis ad alterum & contrarium errorem progrediemur.

xx x. Alii igitur in contrarium errorem prolapsi sunt, & hodieq; circa articulos fidei novas & peculiare revelationes præstolantur. Weigelius Theol. p. 315. Wir müssen vor die Füße Christi niederstinken/ und warten auff seine Offenbarung in uns. Idem libell. disput. p. 45. ex fastuoso disputatore quarendum docet. Ob er nicht zugebe/ das ein Interpres, ein commentator oder Ausleger der Prophetischen und Apostolischen Bücher eben so hoch erleuchtet und



vnd gelehret sein muß / als die Scriptores, deren Text er sich vnter-  
 het zu erklären vnd außzulegen? Eodem ferè modo Fanatici tractat.  
 Offenbarung Göttlicher Majestät p. 79. Es ist bey den Weltkin-  
 dern dieser Gotteslästerliche Brauch auff kommen/vnd gehet in freyem  
 vngestriffen Schwang daher / das wo jemand solche Gaben von  
 GOTT den HERRN erlangt / dieselben brauchet / in das Werck richtet/  
 also das er etwa rechte vnd warhafftige Dinge ohn allen falschen Zusatz  
 weiffaget / prediget / lehret / vnterweiset / Gesetz gibt / als Moses / die  
 Propheten / Christus / vnd seine Apostel / auch solches alles in Schrif-  
 ten / aus angebung des H. Geistes / verfaßt / oder andere künstliche  
 Meisterstück / wie Noah / Bezaleel / David / vnd Salomon außfer-  
 tigt / vnd alle Sach dermassen in reden / schreiben / vnd Wercken stel-  
 let / das jhm solchs kein Weltkind in seiner Bosheit nicht nachthun  
 mag / so mus derselb von GOTT begabter Weiffager / Prophet/  
 Lehrer/Prediger/Schrifftelehrter/auch Kunstmeister/vnd aller ding  
 kündiger von den Weltkindern für einen Zauberer / Schwarzkünstler  
 gehalten werden. Nagelius de Philosophia.nova. Es ist nicht von  
 Nöthen auff solche Dinge lange zustudieren / vnd viel Zeit zuzubrin-  
 gen / sondern die Erkänntnis vnd eröffnung geschicht im Geiste in vns/  
 durch den Göttlichen Blitz vnd Erleuchtung / so auß dem Thron vnd  
 Stuel GOTTES gehet / in welchem funden werden die vier Thier.  
 Nec ullo pacto ab eâ sententiâ morti jam proximus abiit, quin  
 contra Prognost. de Anno M DC XXIV. lit. G. Deum ardentior orat,  
 velit propheta etiamnum mittere, & iis quidem notis conspicuos,  
 unde dignosci certo queant: Ita enim ait: HERR stehe auff /  
 daß deine Feinde zerstreuet werden / gib vns lehrer die voll deines Gei-  
 stes sind / die den Friede lieben / vnd Friede verkündigen / mit Liebe erfül-  
 let. Daß sol das Zeichen sein / daran wir deine Propheten erkennen/  
 wenn sie nach der Weise Elia des grossen Propheten vnd Wunder-  
 mans einen Farn zerstückt werden / vnd das Feuer lassen aus den  
 Himmel fallen / welches das Opffer verzehre vnd auffresse / auch das  
 Wasser vmb vnd vmb aufflecke / verstehe alles Geistlich / welcher durch  
 sein Gebet dieses nicht wird verrichten / vnd zu wege bringen können/  
 den werden wir billich für einen Baaliten halten / vnd ein solcher wird  
 nicht geschickt noch tüchtig sein den Altar des HERRN zu heilen / vnd



die XII. Stämme wieder auffzurichten. Vnd ich wil noch ein ander Zeichen vnd Prob fürstellen: Welcher nicht mit seinem Stabe einen harten Felsen wird schlagen können daß er Wasser gebe/ dem glauben wir nicht/ das er ein Prophet vnd Mann **DEUS** sey/vnd welcher nicht wird können ein schönes Brünlein vnd reinen lauternQuell eröffnen in des faulen Eselskinbacken / dem glauben wir nicht das er ein Prophet sey. Der **HEXXX** kömpt auff einem Esel/ vnd wird der Eselin Mund eröffnen / daß sie reden wird / die Zäncker vnd Disputirer sein kein nütz &c. Ita Fanitici.

xxxI. Nec aliter Calviniani. Zvvinglii somnium, quod Tiguri die XII. Aprilis habuit, ipse describit in Subsid. Eucharist. T. II. Op. f. 249. ac prolixè exponit, monitorem quendam de quo tamen ater an albus fuerit, nesciat, no<sup>o</sup>u ac in somnio à se yisum, adducen- tem locum illum Exod. XII. quo probari posset, particulam *Est* usur- pari pro *significat*. Non disputamus nunc an vera illa sententia sit, vel an probari eadem dicto illo possit: neque id negamus prover- bialenti locutionem, *ater an albus sit, nescio*, de re ignotà nobis usur- pari; an verò Zvvinglius id voluerit, de eo alibi disputatur. Sed quod per monitorem erudiri voluit, ac fidei magistri loco habuit, id verò in tanto Doctore ferendum non est. An enim res tanti mo- menti, & ipsum fidei articulum concernens aliter astrui non pote- rat, nisi ut ex nocturno quodam monitore, de quo certò non con- staret, bonus an malus fuerit, addisceretur? Sed & ante eum Car- rôlstadius gloriatus est, *venisse ad se virum quendam, qui monuerit de interpretatione verborum *eæna*, *voculam* & *pronomem* (hoc) *eum in mo- dum quem ipse tradebat, accipiendum esse, atque hunc virum fuisse pa- trem celestem*. Ad eundem magistrum Matthias Bergius, Caspar Peucerus, Johannes Fœxus aliique provocabant. Jacobus quo- que Arminius Resp. ad xxx I. articulos falsò sibi, ut ait, impositos ad artic. xxviii. Adrianum Borrium, Collegam suum dixisse fate- tur, *Fieri posse, ut DEUS Magos ab Oriente venientes, per Spiritus S. internam revelationem, aut Angelorum ministerium instruxerit de Jesu, quem veniebant adoratum*. Nec ipse Arminius magnopere id negat, quin audacissimis suis assertionibus non parùm incre-  
stat.*



stat. Quod si enim prædicatio verbi medium conversionis ordinarium sit, constare hinc ait, esse etiam aliquod medium extraordinarium. Proinde nec hæresin nec errorem esse dicere, Deum etiam contra hoc medium nonnullos convertere.

xxxii. In eodem, imò graviori luto hinc hærent Pontificii, qui Scripturam Sacram ita recipiunt, ut subinde tamen ad novas revelationes respiciant. Non tantum enim dogmata privatim cuiuspiam à Deo per angelum, aut alio modo revelari concedunt, atque illa æquè esse objectum formale fidei Theologicæ, quàm quæ revelantur prædicatione Scripturarum, sed & hodie, cum alia documenta fide digna desunt, novas revelationes comminiscuntur. Ignatius Loyola ipse apud Hasenmüllerum cap. II. Histor. Jesuit. *Mei socii*, inquit, *nequaquam à meo nomine vel Ignatiani vel Lojolitæ dicantur, sed titulus illorum sit Societas Jesu. Nam cum Romam pergerem, in via mihi apparuit Jesus cum beata matre sua, mibiq; dixit, ut socios sibi conscriberem, quia paucos haberet inter clericos fideles servos, Velle igitur se, ut hic meus ordo dicatur Compagnia de Giesu, hoc est, Societas Jesu. Hæc cum audisset Pontifex Paulus III. dixit: Verè dignus est hoc est, & nomen Jesuitarum approbavit.* Imò dum nihil aliud restat, quo Scripturis Sacris & à præstantissimis quibusque primitivæ Ecclesiæ Doctoribus ignorata ἀήμερα pro verâ & Catholicâ sententiâ nobis obtrudant, ad revelationes ac visiones confugiunt, ut peccus harum admodum fecundum habent, & exinde tanquam principio ἀὐτομίσω egregiè prorsus concludunt. Atque ut ex multis nunc pauca in medium proferam, Bellarminus ex apparitionibus S. Gregorio Thaumaturgo S. Antonio, S. Petro Martyri Episcopo Alexandrino factis Deitatem Christi probat lib. I. de Christo cap. XII. Et lib. II. de Pontif. Rom. cap. XVIII. ex S. Benedicti, S. Romoaldi, S. Brunonis, S. Dominici & S. Francisci visionibus ordines Monasticos. Beatitudinem animarum Sanctarum lib. I. de Beat. Sancti. cap. VI. Sanctos in particulari pro nobis orare ib. cap. XVIII. reliquiarum cultum lib. II. de Beat. Sancti. cap. III. cultum imaginum lib. II. de Imaginib. c. XII. adorationem crucis lib. II. de Imaginib. Sancti. cap. XXVII. Confessionem auricularem lib. III. de Pœnit. cap. X. Indulgentias lib. I. de Indulg. cap. III. Conceptio-



ceptionem B. Mariæ immaculatam ex revelationibus Brigittæ lib. iv. de amiss. grat. & statu pecc. cap. xv. Salmero etiam Tom. xiii. in Rom. v. Disp. Li. cum ad patrum auctoritatem, quos ipsi Bandellus objecerat, respondisset, locum ab auctoritate esse infirmum, multitudini aliam multitudinem esse opponendam, ut clavus clavo trudatur, præterea rationum efficaciam omni auctoritati præstare, nec moveri quenquam debere, si cum Bandello trecentos, & Cajetano quindecim posset computare, pauperis enim esse numerare pecus, tandem cum plerisque ad eandem confugit.

xxxiii. Quæ verò de B. Virginis revelationibus isti nugarum hamaxarii magnificè mentiuntur, esset profectò libros conscribèdi materies, si in eam rem nunc liberet digredi. Unam atq; alteram in medium proferemus. Pelbartus de Temeswar, Hungarus, Haganor Anno M cccc xcviii. editus apud Possevin. Appar. recenset lib. I. Stellarii Cornæ B. Mariæ part. iv. cap. iiii. ex Anselmo de miracul. *Quod quidam scelestus sæpè B. Virginem salutasset, & subitè mortis præventus, Dæmones rapere voluerunt animam ejus. Cumq; unus Angelus diceret, quod licet peccator fuerit, tamen pro devotione solutus erat dicere Ave Maria sæpius. Statim hoc audito dæmones relictà animà fugerunt, & ad merita B. Virginis anima ad corpus rediit miraculosè, pro agenda pœnitentiâ.* Adriano Archidiacono Cæsaraugustano, virginis alioqui devoto, sed qui Comitissæ filiam corruerat, postquam à Dominico rosarium edoctus esset, apparuit B. Virgo, deferens ei litteras suæ absolutionis, tandemq; Domina Maria virgà aurèà ad renes eum tetigit, dicendo, Exi ab eo, statimq; serpens per ejus virilia extiens, eum à tentationibus carnis reddidit liberum. Nam in carceribus, annorum trium spatio semper vexabatur mollitiei peccato, apud Alanum redivi. cap. xxxiv. Similia ex lib. ii. Thomæ Cantipratensis de proprietatibus apum recenset Rivetus lib. ii. Apol. pro Sanctiss. Virgine Maria cap. xv. *de quodam viro flagitioso & impio, rapinis & cædibus addi-cto. Cujus caput cum inimici in quodam declivo montis amputassent, & à reliquo corpore separassent, trunco corporis in valle manente, clamavit horribiliter in hæc verba, Virgo sancta Maria da veram confessionem; quod cum non paucis horis incessanter faceret, unus ex inimicis commotus, ex proximo pago sacerdotem accivit. Is cum venisset curavit*  
pri-



primum ut caput trunco compaginaretur, quod cum factum fuisset, ejus confessionem audivit, & cum in fine confessionis inquireret de causa tanti miraculi, respondit, se juvenem audivisse, eum qui quarta feria & Sabbato in honorem virginis jejunaret, veram confessionem antequam ab hac vita discederet precibus B. Virginis obtinere. Hoc ut audivi, in omni sceleratissima vita mea, dictum jejunium observavi, alterius boni nihil aliud feci. Hoc sacerdos audito miratus est, & statim ubi hac dicentem & confidentem absolvit, spiritum defunctus efflavit.

xxxiv. Purgatorium autem varii generis visionibus propugnans, ut quantum possunt verisimilitudinem ei conciliant. Quin si quis in eam materiam incidat, non aliter illam tractat, ac si pro aris & focis dimicaretur: nec facile reperias aliud caput vehementius aut copiosius pertractatum. Bellarm. lib. i. de Purgat. cap. xi. Quarta ratio, inquit, sumitur ab apparitionibus animarum, quæ se in purgatorio esse renunciant, atque opem à vivis imploraverunt, quas apparitiones cum viri gravissimi reulerint, non immeritò veras fuisse credimus, rideant licet Lutherus & Magdeburgenses. Quam rationem pluribus postea persequitur, adductis in medium visionibus S. Germani, S. Martini, S. Severini, B. Fursi, aliorumque. Idem repetit, lib. ii. de gemitu columbæ cap. ix. ubi ex Beda visionem cujusdam Drithelmi refert, qui vallem viderat animabus hominum plenam, in qua unum lacus erat flammis ferventibus terribile, alterum autem furenti grandine ac frigore nivium omnia perstante, ibidemque miseris animas, cum vim fervoris tolerare non possent, in medium frigidis infesti profluentes, & rursus frigore rigentes, in medias flammis infelici vicissitudine redeuntes. Quam historiam, inquit, verissimam esse non dubito, quia scripturæ consentanea est, dicenti in lib. Job. Ad nimium calorem transeunt ab aquis nivium. Quis dubitet de veritate hujus historię, nisi totus mundus? Ibidem refert de quadam Christina, quæ post mortem ab Angelis in paradysum delata, & à Deo optatione accepta, æternam apud eum manendi, aut in terras redeundi, ut gravissimas penas perferret pro liberandis animabus purgatorii, elegit conditionem patiendi, eâ lege, ut multis meritis aucta, rediret ad Deum. Illa verò postea ingredi debatur in ardentibus clibanos, cruciabatur, horrendos edebat clamores, & tandem egrediebatur illæsa. Sub aquis Mosæ byberno tempore, cum rigerent omnia

L

gelu,



gelu, sex & amplius diebus perdurabat, imò sub ipsa rota molatrina, ubi horrendum in modum circumacta, membris omnibus manebat incolu-  
mis. Hinc exclamat Bellarminus, Ecce habemus testes fideles, marem  
& feminam, qui viderunt purgatorii acerbissima supplicia, ut planè inex-  
cusabiles sint, qui ista non crederent. Ecquis compendiosius aut ro-  
tundius aliquid probari unquam audivit? nec quicquam restat  
amplius, nisi ut apud stolidam plebeculam ipsi acclamemus, Vale-  
te & Plaudite.

xxxv. Addunt alii viventes in extasi raptos vidisse poenas  
purgatorii. Speculo exemplorum distinct. III. exemplo 60. Mona-  
chus quidam in extasi vidit in purgatorio animas, veribus & contis acu-  
minatis infixas, ad rogam maximum torreri & assari in modum anserum,  
ubi ex tortoribus quidam ignem stabellis exustabant: Alii adipem ex ar-  
dentibus destuentem & eundem rursus bullentem refundebant. Postea  
vidit locum refrigerii, ubi anime quasi post graves labores quiescebant. Si-  
ne extasi cum Episcopus Theobaldus magnum frustum glaciei pro-  
pter refrigerium pedibus supposuisset, audivit ex glacie illa vocem hominis  
dicentem, sum quaedam anima, que in hoc gelicidio pro peccatis meis affli-  
gor, & liberari possem, si triginta missas sine intervallo triginta diebus con-  
tinuis pro me diceres, in Historia Lombardica. Sic in sermonib. Di-  
scipuli de Tempore cx. Soror Damiani, quia aliquando fistulam dulce  
sanentem cum delectatione quaedam audierat, propter à per quindecim  
dies in purgatorio tormentis subjecta fuit, id quod ipsa post mortem fratri  
suo Damiano retulit. Et Monachus quidam, quia ob conciliandum  
somnum aliquando vinum non mixtum biberat, in purgatorio miserabili-  
ter cruciatus fuerat, ibidem serm. clx. Denique ut argumento ex  
sufficiente partium enumeratione sua integritas constet, addunt  
suffragia Angelorum & ipsorum quoque Diabolorum, quorum ap-  
paritiones B. Chemnit. part. II. Exam. Concil. Trid. de Purgatorio  
diligenter collegit, quorsum etiam quæstiones à Petro Cottono  
Diabolo propositæ pertinent apud Thuanum lib. cxxxii. Histor. ad  
Anno MDCIV. quamdiu in celo fuerint, & quid eos maximè urgeat in  
exorcismo? quis evidentissimus Scripturæ locus ad probandum purgato-  
rii & ad probandam invocationem sanctorum? &c Et quæ sexcenta sunt  
in eam sententiam apud ipsos alia, non infelicitè ad imitationem  
Virgi-



Virgilii conficta, ut allegari ea non sit opus. Sanè cuncta inquirere nō ingenii quidem aut industria sed laboris tantū fuerit. Et hæc ipsa etiam ideò produximus non tam quod magnam difficultatem habeant, quàm ut ex iis adversariorum tum in manifestissimis negandis, tum absurdissimis astruendis oblinatio cunctis pateret. Et Bellarminus quidem de adversariis suis, Ecclesiæ Romanæ eundem errorem tribuentibus, ita conqueritur, ut propterea impudentissimi mendacii reos proclamet. *Porrò Martinus Lutherus*, inquit lib. 1. de V. D. cap. 1. *Et Joannes Calvinus, Et quotquot Sectatores Et discipuli eorum sunt, hunc ipsum Schwengfeldii Et Libertinorum errorem Romano Pontifici torig, Catholica Ecclesia impudentissimum mendacio adscribere non verentur.* Quàm autem hoc non mendacium, sed ipsissima veritas sit, satis, nisi fallor, ostensum est, non ex Bellarmino ipso tantum, sed & communi ferè adversariorum doctrina.

xxxvi. Ut autem manifestior adhuc fiat deplorata profus Bellarmini audacia, qui quod ipsemet tam perspicuis & disertis verbis scribit, tanta asseveratione negat, age ipsos Pontifices Romanos quâ privatim, quâ publicè idem asserentes, nunc quoque adducemus. Tertullian lib. adv. Praxeam cap. 1. scribit, *Romanum Pontificem (Zepherinum) agnoscentem prophetias Montani Et ex ea agnitione pacem Ecclesiis Asia Et Phrygia inferentem à Praxea fuisse persuasum, litteras pacis revocare, quas jam miserat.* Bellarminus quidem lib. iv. de Pont. Roman. cap. viii. audacter negat, nec quicquam tamen affert, nisi quod dicat *credibile esse, Zepherinum à Montanistis persuasum esse, doctrinam Montani non esse diversam à doctrinâ Romanæ Ecclesiæ, cum tamen nec vel levissimam saltem suspicionem ejus rei aut apicem ullum ostendat, unde credibilitatem illam probet, nisi quod excogitato commento errorem extenuet, excuset, neget, & commodum sensum affingat, juxta indicem expurgatorium Concilii Tridentini.* Hinc ipse B. Rhenanus in argum. lib. Tertullian. adv. Praxeam: *En Zepherinus Pontifex Montanizat. Agnovit enim prophetias Montani, Priscæ Et Maximille pro veris.* Unde longè aliter etiam hæc de re Antonius à Trejo, Episcopus Carthaginensis in Legatione Philippi i. i. Hispaniarum Regis ad Paullum v. PP. censet. Ille enim apud Lucam Waddingum p. 370. suum sanctissimum Do-



minum obnixè interpellans, ut controversiam de immaculata B. Virginis conceptione definire aliquando velit, inter cætera hoc arguimento utitur, *Pium Papam i. definivisse controversiam, quo die Pascha esset celebrandum, commotum revelatione facta fratri Hermeti. Urbanum iv. instituisse festum corporis Christi, commotum cujusdam mulieris (villissimi Scotti) instinctu & revelatione. Decevisse etiam Sanctum esse & invocandum Paullum Eremitam, ex eo tantum quod Antonius Abbas retulisset, se vidisse animam ejus in caelum evolasse, & sibi fuisse revelatam ejus sanctitatem, quod Ecclesia tantum ab Hieronymo rescivit. Festum Apparitionis Michaelis Archangeli institutum fuisse, Sipontinorum Episcopi & rudium quorundam armentariorum audito testimonio de revelatione vel apparitione ejus in monte Gargano. Tandem autem ipse Gregorius xv. pp. in literis ad Philipp. iv. d. iv. Jun. m. dc. xxiii. fatetur, Spiritus S. voci auscultare non humanarum rationum ponderibus rem examinare debere, qui in Christiane sapientie Cathedra Christiano orbi à Deo positi sunt. Quare cum nondum æterna sapientia Ecclesia tanti mysterii penetrata patefecerit, in Dei Romanorumq; Pontificum auctoritate debere fideles populos conquiescere.* Et quid plura? Gretserus, Bellarmini *Πνευματικῆς* Def. Bellarm. p. 1514. Pontificem revelationes habere non obscure affirmat: *Ut auctoritas summi Pontificis, inquit, non est merè humana, sed humana divinitus inspirata, seu divina per participationem: Ita etiam Spiritus Papa, quo in definiendo nititur, non est Spiritus merè humanus, sed divinitus inspiratus, h. e. ipse Spiritus S. sed per hominis ministerium suam sententiam ac voluntatem certò & infallibiliter nobis patefaciens. Si igitur Papa spiritus non est spiritus merè humanus, sed ipse Spiritus Sanctus, æquè profectò Pontifex revelationes habet atque ipsi Propheta & Apostoli.*

xxxvii. Ad perpetuam itaque rei memoriam notetur, post completum Scripturæ S. canonem, atque tot expressas Apostolorum testificationes, se omnia scitu ad salutem necessaria nobis revelasse, in Ecclesiâ tamen Pontificiâ novas revelationes circa articulos fidei, novas immediatas inspirationes hodieque expectari, nec à plebe tantum aut minorum gentium Doctoribus, sed à Christi & Apostolorum, maxime verò Petri, Apostolorum Principis, successo-



cessore, reiꝑ; Christianæ capite, ac Scripturæ Sacræ, si superis placet, interprete prorsus *αὐτῶν*, Pontifice Romano, egregio profectò enthusiastâ, non quidem in sinu suo & pectoris scrinio, omnium jurium aliàs capaci, clanculum foveri, sed publicè in frequentissimis totius orbis Christiani theatris proponi, dogmatifari, definiri, ipsiꝑ; Regibus ac principibus has opiniones amplexandas ac exosculandas propinari. Eat ergò nunc Bellarminus, & Pontificem Romanum ejusꝑ; Ecclesiam Enthusiasticis favere neget, imò Jovem lapidem juret hoc illis ne per somnium quidem in mentem venisse; LUTHERUM verò atque Calvinum hoc asserentes impudentissimos mendaces esse clamitet. Certè cùm id tam apertè, & tam difertis verbis, uti ostensum, faciant, imò Bellarminus ipse toties urgeat, ut inde certitudo credendorum petatur, ipse potius in eam classem conjiciendus est, qui manifestissimis etiam rebus crassissimam noctem ultrò offundere non dubitat. Rectissimè igitur LUTHERUS, & reliqui Theologi ac Principes Protestantes Schmalcaldix coacti artic. Schmalcald, part. III. art. VIII. de Confess. Papatum simpliciter merum enthusiasmum censent, *quo Papa gloriatur, omnia jura esse in scrinio sui pectoris, & quicquid ipse in Ecclesia sua sentit & jubet, id Spiritum & justum esse, etiamsi supra & contra Scripturam & vocale verbum aliquid statuat & precipiat.* Ipsæ quoꝑ; prolixè ab adversariis hac de re institutæ querelæ idem satis superque ostendunt. Audiantur nūc duo tantum Pontificiarum partium eximii Doctores, Cajetanus Cardinalis, & Melchior Canus, Canariensis Episcopus. Et Cajetanus quidem Tom. III. tract. I. de Concept. ad Leon. X. *Novæ revelationes, inquit, contra tot sanctos & antiquos Doctores, Angelum Satane in Angelum lucis transformatum, aut phantasias vel etiam figmenta, sapientibus ingerere videntur. Hæ siquidem, cum vocatis miraculis, quæ in hac causa afferuntur, pro mulierculis sunt. Unde nec sentio digna de quibus verba fiant.* Nec aliter Melchior Canus lib. XI. Loc. Theol. cap. VI. *Ecclesiæ Christi bi graviter incommodant, qui res divorum præclarè gestas, non se putans egregiè exposituros, nisi eas fictis & revelationibus & miraculis adornarint. Quæ in re nec Sanctæ virgini, nec Christo Domino, horum impudentia pepercit: quin quod in aliis divis factitavit, idem quoque in Christi*



Christi & matris historia scribenda faceret, & pro humani ingenii levitate, multa vana & ridicula comminiscerentur.

xxxviii. Quemadmodum autem Bellarminus, cum res ipsi esset cum Euthusiastis, ex iis quærebat lib. 1. de v. d. cap. 11. *Quis tibi fidem faciet non mentiri Anabaptistam, cum se à Spiritu afflatum dicit? Sed fac, non mentiri: quâ via cognoscam Spiritum illum, Spiritum lucis & non Spiritum tenebrarum, esse? & cum tam multi hoc tempore ducem ac doctorem Spiritum sanctum habere se gloriantur, & tamen inter se sit animis sententiisq; dissideant, ut alii aliis sint hæretici, fieri certè non potest, ut omnes rectè sentiant. Quod si aut falluntur omnes, aut quod est omninò necessarium, aliqui: quis affirmare audebit, ex eorù numero se non esse, qui à Spiritu Satane deluduntur? Quidni & nos eadem de Spiritu Pontificis suspicabimur, cum conflet, fuisse inter ipsos insigniores, qui Spiritu tenebrarum agitati familiaribus Diaboli colloquiis perfruerentur? Quod si autem nunc Barbarinus ille seu Urbanus viii. proximè demortuus, aut ejus Prædecessor Gregorius xv. aut nunc recens ante paucos dies creatus Johannes Baptista Pamphilus, qui Innocentii x. nomen sibi sumpsit, delapsū cælo Spiritum S. ex capite suo commentus in hunc aut similem fortè modum nobis loqueretur: *In principis Apostolorum sede, meritis licet imparibus, divina dispositione constitui, cum intelligeremus populum Christianum circa controversiam de Conceptione Sanctissimæ virginis in varias opiniones distrabi, atque odiis & hostilibus armis invicem decretare, dissensionum semina extinguere cupientes, antequam asperior in orbe Christiano pullulet zizanii proventus, ingeniorum perveraciam & libertatem differendi Pontificum decreto coercendam statuimus. Quare primum conjecimus in Domino cogitatus nostros, ut ipse nos nutriveret, animumq; nostrum firmitate & robore, mentem consilio sapientiæq; instrueret, deinde attendentes spiritui S. ut per nostrum os sententiam & voluntatem suam certò & infallibiliter patefaceret, tandem post assiduas preces & jejunia tanti mysterii penetrabilia Ecclesia sua pandit, ac quod antea tot sæculis incognitum, neque ex scriptura neque ex traditione Apostolorum, aut patribus antiquæ Ecclesie, ut ut præcipui eorum, & doctissimi, ipsorum etiam Apostolorum auditores, aut eorum temporibus vicinissimi excussi fuerint, erui potuit, nunc tandem post mil-**

le sex



*le sexcentos annos singulari prorsus beneficio Deus nobis revelavit, ac claus  
 in aures susurravit. B. Virginem ab omni peccato tam originali quam a-  
 ctuali, ante, in & post conceptionem prorsus immunem fuisse, ut nec mini-  
 ma quidem labecula ei adhaerit, adeoque non minus nunc quam Deum  
 ipsum esse adorandum. Ita ergo nunc Apostolica auctoritate declaramus  
 ac definimus & ab omnibus ita judicari debere statuimus, atque manda-  
 mus in virtute sanctae obedientiae, & sub poenis à Sacris canonibus constitu-  
 tis, aliisque gravioribus, etiam privationis, nostro arbitrio infligendis, uni-  
 versis & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepisco-  
 pis, Episcopis & aliis quibusvis Ecclesiarum Pralatis, cujuscunque status,  
 gradus, ordinis & dignitatis sint, etiam si cardinalatus honore praesulgeant,  
 cum primis autem fratribus Dominicis, quos in visceribus gerimus cha-  
 ritatis. Decernentes irritum fore & inane, si quid secus à quoquam qua-  
 cunque dignitate, auctoritate & potestate praedito statutum fuerit. Non  
 obstantibus constitutionibus & Apostolorum scriptis, aliisque, in contrarium  
 facientibus quibuscunque. Atque ut nostra haec litera, & quae in eis conti-  
 nentur, ad notitiam cunctorum, quorum oportet, perveniant, neve quis  
 illarum ignorantia excusationem pretendat, volumus & mandamus, ut  
 in Basilica Vaticana Principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi,  
 cum ibi multitudo populi ad audiendam rem divinam congregari solita  
 est, palam clara voce per curiae nostrae cursores, aut notarios aliquos pu-  
 blicos legantur, lectaeque in valvis dictarum Ecclesiarum, itemque Cancellaria  
 Apostolicae portis, & Campi Florae solito loco affigantur, ubi ad lectionem  
 & notitiam cunctorum aliquamdiu exposita pendean, cumque inde amo-  
 vebuntur, earum nihilominus exempla in eisdem locis remaneant affixa.  
 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae declarationis,  
 definitionis, mandati, statuti & decreti infringere, vel ei ausu temerario  
 contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem o-  
 mnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se nove-  
 rit incursum, quae est communis formula bullarum pontificia-  
 rum: Si inquam, Papa ex immediata recens sibi facta revelatione  
 ita definiret, quidni & nobis iisdem armis contra Papam pugna-  
 re, & ex eo, ut Bellarminus faciebat, querere liceret: Quis nobis fi-  
 dem faciet non mentiri Papam, cum se à spiritu afflatum dicit? sed fac  
 non mentiri, qua via cognoscam spiritum illum Spiritum lucis &  
 non*



non spiritum tenebrarum fuisse? Unde constat, aliter eum definire, quàm olim ante duo secula Johann. xxiii. animam hominis esse mortalem? ut ex concilii Constantiensis Sess. xi. dicitur. Et quia semel cepimus, pergamus quærendo: unde infallibiliter & certò constat Papam modernum, Innocentium x. esse baptisatum? cùm in ministro baptisante requiratur intentio faciendi, quod facit Ecclesia, quam tamen nemo fidei certitudine scire potest. Sed fac esse baptisatum, unde constat, legitimè eum in Presbyterum aut Episcopum ordinatum? cùm eadem intentio requiratur in Episcopo consecrante & ordinante, quæ in baptisante. Sed fac legitimè esse ordinatum, unde tamen constat, eum legitimum esse Pontificem, cùm hujus auctoritas & jurisdictio, quanta quanta est, à successione pendeat, quæ tamen legitima esse non potest, si forte in prædecessorum aliquo ante aliquot centum annos vitium fuit commissum, aut Simonia intercessit, unde omnis successorum potestas irrita facta fuit. Ecce si hypotheses eorum sequamur non tantùm certi esse non possumus, an Papæ Innocentii x. Spiritus sit spiritus tenebrarum aut lucis, sed ne quidem an baptisatus sit. Quod si autem baptisatus non est, nec Christianus erit. Si Christianus non est, multò minus Christianorum caput, aut Christi ipsius successor & vicarius esse potest, & ex eâ successione nova fidei dogmata procudere. Si ordines inferiores legitimè consecutus non est, nec ipsi Pontificatui gerendo idoneus erit.

xxxix. Quantò verò rectiùs Bellarminus verbis immediatè sequentibus, cum Scripturam regulam credendi certissimam tutissimamq; & tam necessariam Ecclesiæ esse ait, ut non magis Ecclesia sine illa, quàm Respublica sine legibus & institutis consistere possit, subjungit: *At Sacris Scripturis, qua libri Prophetici & Apostolicis continentur, nihil est notius, nihil certius, ut stultissimum esse necessum sit, qui illis fidem esse habendam negat. Notissimas esse testis est orbis Christianus & consensus omnium gentium, apud quas multis jam seculis summam semper auctoritatem obtinuerunt: certissimas autem & verissimas esse, nec humana inventa, sed divina oracula continere testis est* 1. *veritas vaticiniorum.* 2. *incredibilis quadam & planè divina conspiratio atque concordia tot virorum, tot diversis locis, temporibus & linguis.*

3. *Deus*



3. Deus ipse, qui aliquando caelesti animadversione Scripturam hanc suam ab humana profanatione defendit. 4. Scriptura ipsa, cujus si vera fuerunt prædictiones rerum futurarum, ut eventus postea comprobavit, cur vera non sint rerum præsentia testimonia? Postremo restis est infinitus propè numerus miraculorum, quæ omnibus sæculis facta sunt ad ea dogmata comprobanda, quæ in his literis continentur. Unde tandem concludit. Quare cum Sacra Scriptura regula credendi certissima ac tutissima sit, sanus profectò non erit, qui eam neglecta, Spiritus interni, sæpè fallacis & semper incerti, iudicio se commiserit. Ubi mirari satis nequeo, cum verba ejus lego & relego, omnes literas excutio, & singulos apices attentè eventilo, Scripturis Sacris nihil notius aut certius esse, ac stultissimum, qui illis fidem non habeat, esse regulam credendi certissimam ac tutissimam, ac insanum prorsus hominem, qui præ hac Spiritus interni fallacis & semper incerti iudicium sequi malit, ut qui aliàs tanto conatu ac vehementiâ extrema quæque, in ejus auctoritate oppugnandâ, tentat. Idè enim Scripturam Sacram literis comprehendam alibi disputat, non ut sit regula credendi, sed commonitorium tantùm ad doctrinam prædicandam conservandam & fovendam utile, nec Apostolos sibi proposuisse doctrinam ex professo literis consignare, secus enim Catechismum aut similem librum composuissent, quo doctrina fidei brevi epitome comprehenderetur lib. iv. de v. d. cap. iv. Quod igitur ipse in principio statim librorum suorum tam frequentur inculcat, quomodo ejus hic tam profunda obli-vio Bellarminum ceperat? nisi eundem ubique scopum ipsi propositum fuisse appareat, ut adversarios suos tantùm impugnet, re-ctè an secus id fiat, parùm pensi habens. Nam cum contra Lu-theranos disputat eò usque eum vehementiâ præcipitem agit, ut Scripturam Sacram non tantùm certissimam ac infallibilem esse neget, sed ne regulam quidem esse concedat; verùm posito partium studio & mutatis adversariis in omnia contraria discedit, ac Scripturam non tantùm regulam, sed & notissimam, certissimam, ac tutissimam asserit, imò idèo propriè conscriptam, ut insanum esse dicat, qui ejus iudicio stare nolit. Quod si autem Scriptura idèo à Deo per Prophetas & Apostolos primò revelata, & postea literis consignata est, ut doctrinam fidei comple-



cteretur, & regula ac norma rectè credendi & vivendi planè infal-  
libilis, certissima & tutissima existeret, quid igitur obstat, quo mi-  
nus relictis illis oraculis, quæ Pontifex Rom. fundit, in ea tutissimè  
acquiescamus, & inde tantùm, non verò ex Pontificis pectore,  
quid faciendum aut credendum nobis sit, unicè petamus?

XL. Hæc paullò pluribus à nobis exposita sunt, ut eò rectiùs  
intelligeretur, quænam adversariorum ea de re sententia sit, &  
quàm sollicitè id unicè agant, ut Pontificem suum, etsi ille non Sa-  
crarum tantùm, sed omnium penè literarum rudis sit, nihilominus  
earum judicem profus infallibilem nobis obtrudant, atque eum,  
non minus quàm ipsum CHRISTUM fidei dogmata præscribere ac  
statuere posse evincant. Quàm autem infeliciter illud faciant,  
nihil opus est nunc à nobis plurib9 ostendi, cum res ipsa id doceat,  
si paullò accuratius consideretur. Subjungenda verò & nostra  
sententia esset, sed quia id suprà abundè factum, nunc verbo saltem  
eam repetemus. Ita autem statnimus, nullas novas revelationes  
circa fidei articulos aut expectandas à DEO, aut si afferuntur admit-  
tendas ac tolerandas esse, imò ne tantillum quidem credendum,  
præterquam quod Prophetæ ac Apostoli olim tradiderunt: De-  
nique nec Prophas dicendos ullo modo esse, qui se Spiritu San-  
cto immediatè afflatos, & ad prædicandam pœnitentiam pe-  
culiariter à DEO vocatos hodie

dicunt.

SECTIO



SECTIO IV. ET ULTIMA  
DE PROPHETIIS NOVIS CIRCA ECCLESIAE  
AC POLITIAE STATUM EXTERNUM,

## I.

**A**Tque hæc hæc hactenus ita se habent. Cùm autem præter eas, quæ circa res religionis ac fidei articulos vulgò jactantur, hodie aliæ quoque profèri soleant, quæ quidem in religione nihil mutant, circa futuros tamen rerum eventus, Ecclesiæ atque Politia, Imperiorum item, & Oeconomix ac singulorum hominum statum, aliæq; hujus generis fieri dicuntur, idèd quid de his censeari debeat, adhuc dicendum est. Quia autem jamtum hæc disputatio præter opinionem ita excrevit, & nos ad finem properamus, idèd in pauca rem contrahemus: eâ tamen lege ac conditione, ut nudis assertionibus pugnemus, non convitiis aut invectionibus, quo umbone se plerique hodie armare solent, & jamtum plusquam integro seculo isto descriptionis genere nimis cheu! ab adversariis pugnatum est. Quare posthabitis illis omnibus rem ipsam unice cõsectabimur.

II. Quemadmodum autem omnes in universum visiones temerè sine ullo discrimine rejiciendæ non sunt, ita accuratè semper cavendum, ne *ἀβασίτως*, obvia quæque arripiantur. Qua quidem in re utrinque jam olim peccatum est, hodieque impingi à plerisque solet. Weigeliani sanè omnes usque adeò pro certis & indubitatis habent, ut non minus hodie, quàm olim, per Ephod, Urim & Thummim Deum ordinariè de Turcis, bello, peste, fame aliisq; interrogari posse dicant. Offenbahrung Göttlicher Majestät lib. xvi. p. 186. Zu diesen vnsern Zeiten seynd viel beschwerlicher Handlungen vorhanden mit dem Türcken/ mit andern Kriegen / mit Glaubenssachen/ schweren Kranckheiten vnd Zehwungen/darin man GOTT den HERRN wohl zu fragen hette/wie diesen Dingen allen zu thun were. Wo ist aber das Ephod vnd Urim? Die zwey Stück hat man vor Jahren bey den Priestern gesucht vnd gefunden / auch

M ij durch



durch die Priester Gott den HErrn in allen Dingen Raths gefragt/ vnd gnädigste Antwort bekommen/ warumß wolt es auch nicht heutiges Tages also geschehen? Warumß wolt man auch nicht in wichtigen Handlungen Gott den HErrn Raths fragen? oder ist das Ephod vnd Brim allein den Kindern Israel/ vnd nicht auch Vns gegeben worden? oder seynd Wir nicht auch Kinder Israel/ die Wir aus dem wilden Oelbaum wieder angebohrne Eigenschafft in den rechten Stock eingepropffet seyn/ vnd desselben Safts aus der rechten Wurzel theilhaftig seyn? Deswegen wir vns eben so wohl der Guad des Rathfragens mit dem Liecht vnd Ephod/ durch die Priester gebrauchen sollen mögen. Es wird auch Gott der HErr eben so wohl als vor Zeiten/ den Kindern Israel/ auff vnser Anfrag Antwort geben.

III. Sed nec alii rem rectius perpendunt, qui & ipsi, si Sophista aut impostor aliquis blasphemè asserat, se vel SS. Trinitatem oculis vidisse, quo insanix Enthusiastæ jam olim processerunt, ut ex Theodorit. lib. iv. Hist. cap. xi. supra Sect. i. Th. vii. & xvi. ostensum, vel Deum sibi B. Virginem aut ipsam Christi Ecclesiam, ut Filio olim, desponsasse, non illibenter, & sine ulla hæsitacione admittunt. Quo in genere Pontificii palmam omnibus sine dubio præripiunt. Jesuita Hautinus cap. iv. Angeli Custodis num. III. de Hermanno Joseph ex Surio narrat, cum quondam ad concubiam usque noctem, sancte vacaverat contemplationi, & jam incalcescentibus votis fiebat illi quidam amoris merities, cum Deipara & ipsa cupida dilecti sui, in conspectum illi se dedit, duobus Angelis stipata. Tacebat illa: satis enim vultu loquebatur amorem. At Geniorum alter alterum compellans, Cuinam, inquebat, despondebimus hanc virginem? Alter verò, oculis in Hermannum humanissime conjecit: Huic, ait, Mariano juveni sponsa detur Maria. Annuit prior, & Hermannum propius jussit accedere. Quid faceret ille? incitabat amor, pudor retinebat. Nam tametsi virgine familiarissimè adhuc usus esset, quid tamen ipse ad virginem tam augustam ut sic illi copuletur? nihilominus vicit amor eò usque ut quidam admove- ret. Tum verò cælestis parrinymphus: Agedum, inquit, hanc illustrissimam Heroinam tibi desponderi necesse est. Expavit ille à presenti ejus, à quo reverentia deterrebat, denunciacione, ac tum contestari suâ indignitatem, dignitatem virginis, deprecari à se eum honorem, denique a-

micâ



N 35

micâ confidentiâ Angelo reluctari: sed ipse reluctantis manum amicâ quoque vi apprehensam, sacratissima virginis dextera conjunxit, his verbis: Hanc ego tibi virginem, uti olim B. Josepho desponsa est, despondeo, jubeoq; nomen sponsi simul cum sponsa accipere, ac deinceps Josephum nominari. Similia, si non magis impia, fabulatur Cæsarius lib. vii. Mirac. cap. xxxiii. Militi, qui domini sui uxorem deperibat, postquam ex consilio Eremitæ per annum centies de die Mariam salutasset, se obtulit tanquam matronam pulcherrimam, equum ejus freno tenentem, cui miranti quenam esset, an, inquit, placet tibi species mea? Respondenti, nunquam pulchriorem te vidi, subjunxit illa, sufficeretne tibi, si me posses habere uxorem? qui cum regessisset, Cui libet regi sufficeret species tua, & beatus judicaretur tuo consortio: subjecit illa, Ego ero uxor tua, accede ad me & da mihi osculum. Et coëgit illum, dixitq;: Modò initiata sunt nuptiæ, & in tali die coram filio perficientur. Ibidem cap. lxi. Hispanus Monachus Dominicanus commemorat, se à B. Virgine fuisse visitatum, quæ cum prædixisset, eum ad Dominum post dies septem migraturum, addidit, Quia præ cunctis moralibus mihi intentius servisti, & ego tibi faciam, quod nondum alicui feci, collumq; meum, inquit, brachiis suis stringens, dedit mihi osculum. Credat, qui volet, imò non credat, qui salvus esse cupit.

iv. Nos libenter concedimus & factas olim de externis rebus plures visiones, & eas, quanquam rarius, fieri etiamnum hodie posse. Sanè dubitari minimè potest, Deo facillimum esse extraordinariè hominibus apparere, aberrantes in viam redigere, & de futuris eventibus, ut olim, sine ullis aliis mediis informare: nec enim decreto suo ad unum ita se obstrinxit, ut propter illud aliter facere simpliciter nequeat, nec promittendo in verbo suo eam, ut ita dicam, necessitatem sibi imposuit, ut contra promissa sua agere dicendus sit, cum extra ordinem aliquid agit, aut id etiam præstat, quod maximè nobis est conveniens. Quæ causa etiam est, quod doctissimi semper tam Græcæ quàm Latinæ Ecclesiæ Doctores non olim tantùm idem statuerunt, sed hodieq; B. Lutherus, Rungius, Balduinus, Gerhardus, Dn. Præses, aliiq; id doceant, imò magnum earum catalogum tum ipsius Lutheri, tum aliorum de Luthero contexant, quas tamen omnes hic repetere nunc non licet. Uni-



cum tantum ex Apologia Augustanae Confess. tit. de Votis Monasticis audiatur: Apud nos in oppido Thuringiae Isenaco Franciscanus quidam fuit ante annos triginta, Johannes Hilten, qui à suo sodalitate conjectus est in carcerem, propterea, quod quosdam notissimos abusus reprehenderat. Vidimus enim ejus scripta, ex quibus satis intelligi potest, quale fuerit ipsius doctrinae genus. Et qui norunt eum, testantur fuisse senem placidum, & sine morositate gravem. Is multa praedixit, quae partim evenerunt hactenus, partim jam videntur impendere, quae non volumus recitare, ne quis interpretetur, ea aut odio cujusquam, aut ingratiam alicujus narrari. Sed postremo, cum vel propter aetatem, vel propter squa lo rem carceris in morbum incidisset, accersivit ad se Guardianum, ut suam valetudinem illi indicaret, cumq; Guardianus accensus odio Pharisaeo duriter objurgare hominem propter doctrinae genus, quod videbatur officere culinae, cepisset, tum iste omissa jam mentione valetudinis, ingemiscens, inquit, se has injurias equo animo propter Christum tolerare, cum quidem nihil scripisset aut docuisset, quod labeficetare statum Monachorum posset, tantum notos quosdam abusus reprehendisse. Sed alius quidam, inquit, venit anno Domini MDXVI. qui destruet vos. nec poteritis ei resistere. Hanc ipsam sententiam de inclinatione regni Monachorum, & hunc annorum numerum postea etiam repererunt ejus amici per scriptum ab ipso in commentariis suis, inter annotationes, quas reliquerat in certos locos Danielis. Quare si cui hodie tale quid contingat, ei id profusum negligendum non est, etsi ejus causa nihil mutandum.

v. Ceterum quae istarum visionum ratio sit paullo accuratius nobis expendendum est. Fiunt autem dupliciter. Quaedam enim à Deo petuntur, quod illicitum est; quaedam nullo cogitante aut petente, à Deo sponte, seu quia ipsi placet, immittuntur. Quod autem petere à Deo ejusmodi visiones hodie non liceat, id facile probatur. Et primo quidem ideo, quia preces nostrae ita instituentiae semper sunt, ut fiant κατὰ τὸ θελημα θεῶν secundum voluntatem Dei i. Joh. v. 14. quae nisi adsit, frustra omnia opera sumitur, quando quidem sine ea nec rite orare, nec vel tantillum beneficium à Deo impetrare licet. Nunquam autem Deus aut praecipit ut ista petantur, aut opis aliquid promissit. Ergo id faciendum nobis non est. Accedit, quod ipsae illae preces non tantum secundum Dei vo-

lunta-



luntatem non fiant, sed etiam ex præsumptione quadam & occultâ superbiâ proficisci videantur, ut rectè monet Del-rio lib. iv. Disquisit. Magic. cap. l. q. i. i. sect. i. Invenio viros doctos, ait, & valdè spirituales semper hujusmodi desideria ac petitiones improbasse, quia nasci solent ex occultâ superbiâ, estimatione & amore sui, quo cupiant manifestam aliis suam sanctitatem, vel saltem ex curiositate vana, & ideo Deus solet permittere tales decipi & impingere. Quare etiam B. Augustinus, cum Diabolus ei persuaderet, ut signum à Deo peteret, id se detrectasse non obscure innuit lib. x. Confess. cap. xxxv. *Anima mea nunquam responsa quasivit umbrarum, omnia sacrilega sacramenta detestor. A te Domine Deus meus, cui humilem famulatum ac simplicem debeo, quantis mecum suggestionum machinationibus agit inimicus, ut signum aliquod petam? Sed obsecro te per Regem nostrum, & patriam Hierusalem, simplicem, castam, ut quemadmodum à me longè est consensio, ita sit semper longè atq; longius. Quod ipsum etiam Johannes Gerson, Cancellarius Parisiensis, adductis Augustini, aliorumque exemplis præclare admodum monet. Enarrantur exempla, inquit, Sanctorum patrum, qui curiositatem hujusmodi visionum, vel miraculorum tanquam perniciosissimam fallacissimamq; refugerunt. A qua se Augustinus liberatum in suis Confessionibus gloriatur in Domino. Quam propterea D. Bonaventura abhorrendam nimis esse determinat, totoq; conatu repellendam, nunc orationibus, nunc increpationibus seu flagellationibus propria mentis & corporis: exemplo illius, qui ut tentatione careret superbia, quasivit & obtinuit à Domino, ut per tres menses Daemoniacâ vexaretur obsessione. Alter Sanctorum patrum, dum sibi demon transfiguratur in Christum, diceret, ego sum Christus, te personaliter visitans, quia dignus es: confestim clausit oculos utraque manu, vociferans, Nolo hic Christum videre, satis est ipsum in gloria si videro; statimq; disparuit. Alter sub aliis verbis similem servavit in hujusmodi illusionem humilitatem: Vide, inquit, ad quem missus sis. Ego cerè talis non sum, quod dignus sim hic videre Christum. Eodem modo post eos omnes Luther. in Gen. cap. xxii. Satan me quidem sæpè tentavit (sicut & Augustinum, qui deprecatur ne Angelus sibi appareat) ut postulare signum à Deo. Sed absit à me, ut huic tentationi assentiar.*

vi. Deinde



VI. Deinde & ideo postulari non debent, quia nec ad credendum Deo, nec ad vitam juxta ejus voluntatem instituendam ita necessariae sunt, ut non ante in verbo divino satis sufficienterq; ea de re instructi simus. Uti autē Deus non deest in necessariis, ita in non necessariis & superfluis non indulget hominum curiositati. *Olim quidem visiones divinae frequentiores fuere, quia magis necessariae: hodie quo minus necessariae, hoc infrequentiores sunt, & suspectiores habenda, ut non immerito debeant, & à magistratu Ecclesiastico discuti, & à privatis vitari, ait Delrio lib. iv. Disq. Magic. cap. i. q. III. sect. II. Quod si autem quis hodie ita eas necessarias statuatur, ut esse absque iis profus nequeamus, ei idem nos respondemus, quod S. Augustinus olim miracula urgentibus lib. xxii. de Civ. Dei cap. viii. Posses dicere necessariae fuisse priusquam crederet mundus. Quisquis adhuc prodigia ut credat inquirat, magnum est ipse prodigium, qui mundo credente non credit.*

VII. Denique periculosè admodum id fieri haud difficulter ostendi potest. Periculum autem duplex est. I. quod à verbo Dei deducant, ut exemplo Tertulliani constat, qui in credendo magnam animi facilitate praeditus erat, adeo ut quaecunque muliercula se aliquid secundum visum accepisse diceret, mox tantam illi prestaret fidem, ut cum alio qui eruditissimus esset, omnem illi posthaberet doctrinarum veritatem, ut de eo dicit Baron. Anno cci. num. xiii. II. quod seditionibus, caedibus, Imperiorum ac Resumpubl. mutationi fomenta praebent. Atque utinam nostris aut patrum nostrorum temporibus experientiam ipsam comprobatum non esset, quanto cum periculo regionis juxta ac religionis eae semper conjunctae fuerint, & ostendunt id tot intra paucos admodum annos recentia exempla Munzeri apud Sleid. lib. v. Comment. Anabaptistarum ibid. lib. vi. & Münsteriensium lib. x. aliorumque. Ipsi Proceres ac Status regni Scotiae à Spiritu S. potissimum ad seditionem ac rebellionem adversus Regem legitimum se impulsos disertè fatentur, ac in scripto Ann. MDCXXXVIII. publicè potestantur, neque seipsos, neque alios, quorum corda tetigerit Dominus, ut confederationi illorum sese jungant, illi noxa subjiciendos, uti prolixè ex eorum scriptis in Calvin. Irreconcil.



concil. quæst. iv. Th. I. §. 1. & Th. III. §. 2. probat Magnificus ac Reverendus admodum D. D. Hülsemannus, de Ecclesia Lutherana, meque adeo ipso tam excellenter meritis, nemo ut præ illo mihi magnus sit. Nec dubium est, eos, qui jam tum ex centum & quinque regibus suis, quos habuerunt ad Mariam usque, tres exauctorarunt quinque expulerunt, & triginta duos necarunt, idem Regi Carolo facturos, quamprimum ejus copiam nacti fuerint, de quo diu notaque cogitant, si scriptis publicis credimus. Nec hoc ignotum fuit ipsi LUTHERO, quare T. II. Witt. German. Münzeri epistolam ad Rusticos producit, ubi id aperte docetur. Darumb hütet euch/ ait Munzerus, seyð nicht verzagt/nachlessig/ schmeichelt nicht länger den verkürten Fantasten/den Gottlosen Bösewichten/ Sahet an vnd streitet den Streit des HERRN/es ist hohe Zeit/ Haltet ewre Brüder alle darzu/das sie Göttliches Zeugniß nicht verspotten/sonst müssen sie alle verderben. Das ganze Deutsch. Frankösisch. vnd Welschland ist erregt, der Meister wil ein Spiel machen / die Bösewichter müssen dran. Zu Fulda sind die Osterwochen vier Stifftkirchen verwüstet/ die Bawren zu Klegen im Hegau vnd Schwarzwald sind auff / als dremahl hundert tausend starck / vnd wird der Hauffe je länger je gröffer.

VIII. Circa eas autem visiones, quæ factæ jam sunt, aut etiamnum fieri dicuntur, aliter se res habet. Cum enim multi pseudopropheta & Pseudoapostoli hodie existant, qui & ipsi se divinitus afflatos jactitent, interim Spiritu vertiginis & mendacii agitantur, diligenti discussione opus est, ut recta à pravis distinguantur, juxta monitum Apostoli I. Joh. II. I. *Ne cuius Spiritui credite, sed probate Spiritus an ex Deo sint: nam multi Pseudoprophetae venerunt in mundum.*

Qua quidem in re cum tam multæ Diaboli illusiones, qui se in Angelum lucis transfigurare potest II. Cor. XI. 14. hominumque præstigiarum interveniant, existimaverim fere non minus hic, quam in ipsâ visione, divinâ revelatione opus esse, quod ipse Delrio, homo aliàs præfidens & satis temerarius, lib. II. disquisit. Magic. q. XXVI. sect. III. disertè fatetur: *Totam hanc Spirituum discretionem ex divinâ potissimum revelatione arbitror dependere.* Quod si tamen judicium omnino ferendum utcumque est, tum duo



ante omnia diligenter notanda. Primum, ut ii demum hoc faciant, qui jam ante literis, eruditione atq; experientiâ ita instructi ac confirmati sunt, ut vera à falsis, utilia ab inutilib; dignoscere jam possint, omnia probare, & quod bonum est tenere, ne vel apertè falsas & e mentitas arripiant, vel maximam partem jam tum ab aliis interpolatas, vel quæ speciem tantum revelationis mentiuntur. Deinde & id sedulo cavendum, ne quicquam propter eas tum in religione, tum in politiâ mutetur, etiam tum cum falsæ ac Diabolicæ non fuerint.

ix. Judicium verò illud vel circa proprias vel circa alienas visiones exercetur. In propriis cautè semper procedendum est, nec quicquam statuendum ante, quàm singula paullo accuratiùs ac profundius scrutata, omnia quàm diligentissimè excussa, ac quid in quaque re verum, quid falsum certò cognitum fuerit. Secus multò satius fuerit humiliter repudiare, quàm suo unius judicio Nixon aliorum & doctiorum cumprimis judicia contemnere. *Sanè quamdiu res dubia est, ait Delrio, ubi supra sect. i. longè tutius censetur, potius eam piâ cum humilitate repudiare, quàm cupidè & confidenter recipere aut assentiri.*

x. In aliorum visionibus examinandis, ut eò rectiùs procedatur, Johannes Gerson, Martinus Delrio, Christophorus Castrus, & Rogerus Widringthon certos aliquos Canones seu Regulas observandas ostendunt, quas diligens harum rerum scrutator semper in conspectu ac oculis habere, nec unquam de manibus deponere debeat. Ante omnia verò ut personam ipsam ejusq; actiones probe excutiat, ne forte sit eorum numero, qui malunt *ἢ Ἰηλο Φεγεῖν* *παρὰ δὲ θεῖ Φεγεῖν*, quàm *Φεγεῖν εἰς τὸ σω Φεγεῖν*. Ut item probata fidei sit ac vita. *Admore talem personam, iterum Gerson ait, non sublime sapere, sed sapere ad sobrietatem, quoniam verissimè ait, qui dixit, superbia meretur ludi. Et eò digniùs, quo instar Pharisei latentem hærentemq; ossibus superbiam, sicut nec phœticus febrilem calorem, superbus attendit. Quid enim faciliùs, quàm se vilissimum peccatorem dicere, sed veraciter, simpliciterq; ita sentire ex intimis, hoc divini muneris est, non humani solius exercitii.*

xi. Deinde



xi. Deinde & cogitationes, quæ revelationem antecedunt, & sequuntur rectè ponderandas dicunt, scopum item & propositum, præcipuè verò, num eventus prædictioni certò respondeat, quod si enim secùs eveniat, nec visio ipsa vera censenda erit. Unde & Militiades ac Epiphanius, antiquissimi Ecclesiæ Doctores, ipso illo argumento præcipuè utebantur, quo Montani ac Maximillæ prophetias refutabant. Ac Militiades quidem, *Si post Quadratum*, inquit, *& Ammiam Philadelpheæ, sicut dicunt, mulieres istæ Montani in prophetico charismate secutæ sunt, quinam apud ipsos post Montanum & mulieres illius secuti sint, ostendant. Sicut enim Apostolus dignum putat, oportet in omni Ecclesia ad ultimum usque adventum propheticum esse charisma. Verùm jam quatuordecim istis annis post mortem Maximillæ neminem ostendere possunt*, apud Euseb. lib. v. Hist. cap. xv. Nec aliter Epiphanius, Constantiæ in Cypro Episcopus, qui hæc. XLVIII. duobus argumentis Montanum solidissimè refutavit, tum quòd post eum ac Maximillam propheta amplius non sit, tum quod ea non venerant, quæ prædixerunt. Si enim prophetiæ donum perpetuò usq; ad mundi finem duraturum erat, si item post Maximillam consummatio futura, quod utrumq; illa prædixerat, & verò neutrum venerat, indubitato hinc colligitur Maximillæ prophetiam veram non fuisse. Ecce eo ipso argumento redarguuntur, inquit, cum non possint explere sua in contentione promissa. Si enim oportet dona suscipere, & opus est in Ecclesiâ donis, cur non amplius post Montanum & Priscillam ac Maximillam habent Prophetas? Num cessavit gratia? non cessavit autem gratia in Sanctâ Ecclesiâ, absit. Si verò usq; ad tempus aliquod vaticinati sunt, qui propheta fuerunt, & non amplius vaticinantur, ergò neq; Priscilla neq; Maximilla vaticinate sunt post prophetias per sanctos Apostolos in Sanctâ Ecclesiâ probatas. Itaq; secundum duos modos ipsorum dementia redarguetur. Aut enim ostendent esse Prophetas post Maximillam, ut ne cesset ea, quæ apud ipsos gratia appellatur: Aut Maximilla falsa prophetissa comperietur, post terminum propheticoꝝ donorum ausa non à Spiritu Sancto, sed à Dæmoniis erroris affari, & audientes ipsam decipere. Et quomodo ex his, quæ ab ipsa dicuntur, consuetatio ipsius emergat, dicam. Dicit enim Maximilla, ab ipsis appellata Prophetissa: Post me Prophetissa non amplius erit, sed consummatio. Ecce quomodo undiq; appa-



apparet spiritus erroris. Quacumq; enim propheta dixerunt, & cum intelligentiâ consequenter locuti sunt, & perfecta sunt, quæ ab ipsis dicta sunt, & adhuc implentur. Hæc verò dixit, post ipsam esse consummationem, & nondum consummata sunt, maximè cum tot reges postea fuerint, & jam tum tempus transferit. Anni enim jam sunt ab eo tempore plus minus ducenti nonaginta usque ad nostrum tempus, duodecimi anni Valentiniæni & Valentis ac Gratiani regni, & nondum est consummatio juxta illam, quæ seipsam nominavit prophetissam, cum ne diem quidem obitûs sui noverit Hactenus Epiphanius. Quanquam fatendum omninò sit, ne ipsum quidem eventum satis esse ad certò dignoscendas veras visiones, cum & in falsis aliquando res evenire posse Deus ipse testetur Deut. XIII. 1. 2. 3. Cum surgens in medio tui Propheta aut somnians somnium, & dixerit sibi signum aut prodigium, quod prædixerat tibi dicendo, sequamur Deos alienos, quos non noveras, & colamus eos: Ne auscultato verbis Propheta istius, aut isti somniantis somnium.

XII. Deniq; & id cum primis observandum censent, ut quemadmodum omnis interpretatio Scripturæ, ita & omnis revelatio sit consentanea seu analoga fidei, sicut expressè Apostolus jubet Rom. XII. 6. hoc est, non tantum secum debet benè convenire, sed & ita esse comparata, ut cum eâ norma fidei rectè consistat, deniq; ne ullus alius in totâ Scripturâ locus ei contrarietur: Deus enim sibi ipsi contrarius non est. Et hæ præcipuæ regulæ sunt, juxta quas visiones examinandas ipsi contendunt, & quæ hac ratione investigari non possunt, illas sibi meritò relinquunt. Sed longius his immorari nec libet nec licet, quare qui accuratius ea cognoscere volet, ipsos illos cit. auctores Gersonem tract. de Spirituum probat. T. I. Del rio lib. v. Disquisit. Magicar. quæst. III. sect. I. Rogerum Widdringthor. Disput. de Jurament. fidelit. cap. x. sect. v. Christophorum Castrum lib. III. Isagog ad Prophetas capp.

XIV. XV. XVII. aliosq; legat.

SOLI DEO GLORIA.



05 A 1059

ULB Halle  
003 755 134

3



1017


601











Inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

PHETIIS

IDE

SSIMOQ; VIRO

MO LYSERO

PROF. PUBL.

O, ELECT. ALUMN.

ONO OPTIME

O,

IBLICE DISPUTABIT

ISNERUS TORG.

PH. ADJUNCTUS.

*In Auditorio Theologorum.*

ERGÆ

HAELIS Wendi

DCL.

1247

3